L'ivoire, la corne, l'argent & le letton ſe poliſſent avec la pierre ponce pilée finement. On la met ſur du chamois ou du linge un peu mouillé, en ſuite on en frotte la piece en même tems qu'on la tourne. Et pour mieux rechercher les angles où il pourroit eſtre reſté quelque ordure, l'on ſe ſert d'une petite broſſe trempée dans de l'eau, avec laquelle on frotte doucement l'ouvrage en tournant juſques à ce qu'il n'y ait plus d'ordure. Mais pour le conduire à un plus grand poli, on ſe ſervira de tripoli, puis de potée ou chaux d'eſtain. Le fer & l'acier ſe poliſſent, avec de la poudre bien fine d'êmeril d'Angleterre; on la meſle avec l'huile, & la mettant entre deux pieces d'un bois bien tendre, on en frotera bien la piece. Pour l'eſtain & l'argent on ne les polit bien qu'avec un bruniſſoir, ou avec cette pierre rouge qu'on appelle *ſanguine dure*. On peut auſſi les polir avec la potée, la mettant à ſec dans une peau de chamois, ou bien avec la paume de la main.

opera, & bene deterſa, tum cerâ aut oleo leviter linienda erunt, ultimò tandem aut ligneis tenuioribus cæſuris, aut panno veteri, ſeu corio rupicaprino, leniter affricanda, ut ſic perpolitum & ſplendens appareat opus.

Hæc pro lignis lævigandis ac poliendis ſufficiens methodus; ebur verò, cornu, argentum & aurichalcum pumiceo pulvere intra linteum madefactum aſſumpto optimè perpolientur, potiſſimùm ſi poſtquam pumicis ramenta intra operis receſſus detruſa crinito panniculo priùs benè fuerint deterſa. Tum pulvis lapidis tripolitani aut ſtanni aduſti corio rupicaprino aſſumatur, illoque opus leviter tornando, affricetur, ſicque bellè illuſtrabitur. Quòd ſi ferrum aut chalibs veniant poliendi, ſmiride Anglica ſubtiliſſimè contrita & oleo immixto utendum ſic: Baculus è ligno molliori bipartiatur, ſeu in longum diffindatur, intraque ſciſſuram ſmiris illa ſubtiliſſimè pulverizata & oleo imbuta indatur. Tum benè intra baculi fruſta conſtrictum opus ſæpè ſæpiùs tornando optimam polituram acquiret. Argentea verò & ſtannea vaſa non aliter lævorem & ſplendorem concipient quàm lapide politorio, aut amatite perpolita. Stannum etiam uſtum pro iis poliendis & luſtrandis poterit inſervire pelle rupicaprinâ aut palma manûs exceptum.



CAPUT IV.

De modo ferri tornandi.

Torni operibus perfectè exequendis ferreus axis perfectè rotundatus, scilicet perfectè cilindraceus & teres, quia summè necessarius, nec possit solâ limâ sed solo torno perfectè rotundari; artifices ideò ferri tornandi peritos diu conquisivi, nec mihi plusquàm duos qui hanc artem perfectissimè callerent, reperire contigit, unum scilicet Romæ Allemanum, Guillelmum nomine, & apud fabricam monetariam Romanam vulgò la Zecca *cusorem & signatorem; alterum verò Parisiis Petrum Taillemars nuncupatum, Mathematicas disciplinas optimè edoctum, cujusque nomen ferri tornando præscindendi summæ peritiæ apprimè conveniens. Tanta etenim ejus in tornando ferro dexteritas, ut sola pedali & perticâ, nullaque aliâ ope quàm simplicis instrumenti vulgò* le Becdane *tàm facilè ferrum ipsum tornando præscindat, quàm ebur & ebenum noster Maubois apud Luparam famosus ille Regius tornator. Vidi ego ipsum scilicet Taillemars torcularem cochleam ferream (cujus longitudo plusquàm quadripedalis, crassities tripollicaris, cujusque helices seu spiræ quadratæ quatuor & semissem uncias latæ & profundæ) brevi tempore torno confecisse; nullâ aliâ arte & industriâ quàm ferri resistentiæ potentiam proportionatam opponendo, torni scilicet & fulcimenti soliditatem instrumentique formam peculiarem, cujus constructio non ipsi parùm præstat auxilii. Instrumento etenim utitur vulgò* becdane *unciam & semissem lato, quinque uncias alto & quadraginta quinque gradibus solummodo ad aciem angulato. Calybem insuper eligit optimum ex Germania allatum pro instrumentis suis conficiendis, quæ priùs forti temperamento in aqua candentia indurans, dein eis aureum colorem iterum ad ignem admovens, inducit. Simplici mola cotaria ea exacuit; ipsaque fulcimento fortiter statuens & stabiliens, aciem sic super opus obliquè inclinatam adponit, ut id tantum quantùm valet præscindat. His adde pedalis longitudinem operi tornando proportionatam, quæ longior si crassius opus, sin verò*

CHAPITRE IV.

Comment il faut tourner le fer.

L'Importance qu'il y a d'avoir un arbre ou mandrin de fer exactement rond, pour tourner avec la justesse requise, & l'impossibilité d'en pouvoir faire à la lime, m'ont fait rechercher avec soin les ouvriers qui sçeussent tourner & couper vivement le fer. Mais quelque recherche que j'aye fait dans tous mes voyages, je n'en ay rencontré que deux capables de me satisfaire; l'un à Rome Allemand de nation, appellé *Il signor Guillelmo*, employé à la fabrique des monoies, & l'autre à Paris apellé le sieur *Pierre Taillemars*, Mathematicien, & dont le nom convient tres bien à la vertu & à l'adresse, puisque sans se servir ni de crochets ni de roüe, mais bien au pied & à la perche, avec un outil à bec-dane, au tour à deux pointes, ou bien au mandrin, coupe le fer & l'acier en aussi gros coupeau, & aussi vivement que le sieurs Maubois, ce fameux Tourneur pour le Roy dans le Louvre, coupe l'ebene & l'ivoire. Je luy ay vu même couper en trés peu de temps une vis de fer de trois pouces de diametre sur quatre pieds & demi de longueur, & dont les pas quarrés estoient profonds de quatre lignes & demi, & larges de prés de demi pouce. Son seul secret n'est que d'opposer à la resistance de la dureté du fer ou de l'acier, une puissance proportionnée, & ce par la solidité du tour & de son support. La construction de son becd'ane ne lui sert pas aussi de peu, n'ayant qu'une ligne & demie de large sur environ cinq de hauteur, & n'estant taillé que sur l'angle de quarante cinq degrés. Il choisit outre cela l'acier le plus fin d'Allemagne, qu'il trempe fortement, ne le recuisant que sur le jaune. Il ne l'éguise que sur la meule, mais vivement: & le tenant tres ferme sur le support; il l'incline en telle façon sur la piece, qu'il ne prend qu'autant de parties de fer qu'il est capable d'emporter selon la force qui lui resiste. Mais outre la solidité de son tour & de son support, la trempe & la forme de son

 outil,

outil, il proportionne la longueur de sa pedale à la grosseur de la piece qu'il tourne; la tenant longue si elle est épaisse, & plus courte si elle est menüe, il la pousse vivement & non brusquement, ni precipitamment, & à chaque trois coups de pedale il mouille son outil dans de l'eau fraische, afin qu'en s'échaufant il ne se detrempe.


tenuius, brevior. Ipsum insuper pede licet fortiter, tamen ordinatè, compellit, ac tandem instrumentum identidem in aquam, ne nimium in laborando incalescens mollescat, demergit.

La maniere de tourner l'acier & le fer du sieur Taillemars cy devant enseignée demande une fermeté de poignet tres grande, & une adresse aussi particuliere que celle dont il est doué, pour tourner & polir avec trois seuls outils; le becdane droit, le rond, & le grain-dorge, toute sorte d'ouvrage de fer avec vis & moulures sans se servir de limes, d'émeril & de la potée. Je donneray pourtant une maniere assés seure & aisée que j'ay pratiquée moi même avec succés, pour tourner le fer & faire mes mandrins. Pour donc bien reussir, il faut premierement que le tour dont vous vous servés, soit trés fort en toutes ses parties, affermi par des buttes contre le mur & le plancher, les poupées courtes, & le support d'une piece de bois mis de bout & arresté par une forte bride de fer avec une clef ou coin au plus prés de l'ouvrage. Il faut aussi que le dos du support ne soit si haut de deux à trois lignes que le centre de l'ouvrage; qu'il soit taillé en relais par devant pour y addosser l'outil à crochet, tel qu'on voit dans la *pl. 2. fig. 2. a. d. l.* On aura plusieurs de ces sortes d'outils de diverses manieres, sçavoir en face droite, ronde & pointuë, ou en grain d'orge.

Prædicta Domini Taillemars ferri tornandi methodus firmissimam ac robustam ipsius manum industriámque peculiarem expostulat equidem. Quis enim non demirabitur ipsum nullâ smiride, nulloque pulvere stanneo adjutum, sed solis instrumentis ferreis, ferrum tam bellè perpolire. Methodum attamen hîc adducam, si non tam industriam, tamen satis facilem & certam, quam ipsemet expertus, quáque etiam prospero cum successu ad ferrum tornandum sæpè usus. Cui itaque prosperè ferrum tornandi in animo est, primò tornum quàm firmissimè robustis pedamentis ad murum seu ad tabulatum suffultis stabiliat necesse est. Puppas deinde adhibeat breviores, & fulcimentum solido unicóque membro compactum, & quàm proximè ad ferrum torno informandum ac perpoliendum, cuneo fortiter adacto, detentum. Curet insuper ut ipsius fulcimenti altitudo centrum ferri tornandi non omnino adæquet, sed paulò demissior sit quàm linea horizontalis per centra ferri ducta. Curet etiam tandem ut fulcimenti limbus superior ad anticā partem margine excavetur cui uncinati instrumenti dorsum applicetur, apto; uti in a.d.l. tab.2.fig.2 *demonstratur. Talium autem uncinatorum plurimæ præparandæ & habendæ sunt species, quarum aliæ rectas habeant acies, aliæ rotūdas, aliæ denique acuminatas.*

Le tour & les outils estant aprestés de la sorte, il faut ensuite determiner la grosseur & longueur de vôtre arbre ou autres pieces selon l'exigence des ouvrages que vous avés dessein d'entreprendre, & en faire un modéle en bois, un peu plus gros d'une ou deux lignes qu'il ne doit estre. Aprés quoy faites-en forger un semblable par le meilleur ouvrier que vous pourrez connoitre, & du plus excellent fer que vous pourrez trouver, c'est à dire qui ne soit pas neuf, mais bien conroyé & bien battu au marteau, & sur tout qu'il n'ait ni pailles ni gersures ou suréchaufures; je dis qu'il ait esté bien conroyé, car ordinairement les fers neufs, & qui

Singulis, torno scilicet & instrumentis, prædicto modo jam rectè concinnatis, restat axem aut alia quæcumque opera fabricanda & tornanda, quæ & quanta debeant fieri, animo designare, priusque eorum prototypum ligneum paulò ampliori volumine quàm reipsa sint existenda, formare. Facto tandem prototypo, simile ferreum apud peritiorem opificem, & è selectiori ferro procudi curandum. Optimum autem erit ferrum, si vetustius, ductile, & mallei bene patiens, si non nimis adustum, nullisque scissuris diffisum, si tandem ad molestrinam ferrariam priùs perfectè procusum. Sin aliter grumulos adhuc in se continet duriores instrumenti infensissimos, ut pote aut illa facilè obterentes


fig. 1.
fo. 12.
2. planche.
fig. 2.

tes, aut eorum aciem obtundentes. Unde tale ferrum, quia ferè intractabile, leprosum apud opifices habetur & dicitur.

n'ont pas esté bien battus au martinet; contiennent encore des goutes rondes de la fonte, & c'est ce que les ouvriers appellent des grains, lesquels émoussent la vive areste des outils quand on tourne, les font casser, & leur ostent le tranchant; enfin font glisser les outils par dessus. Les fers de cette nature sont appellés par les bons ouvriers des fers lardres, sur lesquels ni lime ni outil ne sçauroient mordre.

Cùm ergo ferrum exquisitum & probatum, scilicet ad opera conficienda congruum, tenueris, apud ustrinam ferrariam bene malleandum & incudendum curabis; utque mollius, & ad tornandum aptius evadat, carbo adhibendus è ligno confectus, non verò lapideus aut è fodinis extractus; ferrum etenim facilè comburit, sulfure suo ipsum exasperat, ipsumque indomitum & fragile præstat. Si verò in incudendo fissuris differtum apareat ferrum, argilla est induendum, & ad ustrinæ ignem apponendum; cumque maximè candens fuerit, malleolo priùs leniter tractato colligandum & uniendum; at tam bene colligatum jam fuerit, tum violentiùs eodem malleolo percutiendum.

Ayant donc trouvé de bon fer, faites le bien forger, & affin qu'il d'evienne plus tendre, il seroit bon de le chauffer avec du charbon de bois, car le charbon de pierre, outre qu'il brûle ordinairement le fer, si l'on n'y prend bien garde, contient en soy un soufre qui l'aigrit, le rendant plus dur & cassant. Que si dans la forge on y découvre des gersures, il faut les faire couvrir avec un peu de terre grasse, & ayant fait donner à vôtre fer une chaude suante, il faut le bien souder à petits coups de marteau au commencement, & frapper en suite fortement, quand il sera soudé.

Axis jam perfectè protusus, & prototypo conformis effectus, ad ignem sed lentum iterum est immittendus, & cùm candens factus fuerit, super carbones relinquendus, donec penitus extinctis, conceptum calorem tandem paulatim deponat. Poterit etiam ferrum (ut apud quosdam opifices animadverti) ut meliùs emolliatur, argilla indui (veluti cùm multa simul induranda sunt ferramenta) & super carbones excandefactum intra eamdem argillam donec tandem frigefiat, relinqui.

Vôtre arbre estant soudé & forgé conformement à vôtre modele, vous luy ferez donner un recuit, c'est à dire le faire rougir doucement couleur de cerise, & le laisser ainsi refroidir sur les charbons mémes jusques à ce qu'ils s'éteignent, & que le fer soit rafroidi de soy même. J'ay vu des ouvriers qui pour recuire & attendrir le fer le couvroient d'argile ou de terre grasse, comme quand on trempe en paquet, & le laissoient rafroidir dans la terre.

Axi jam ritè apud ustrinam fabrefacto, superest ut ad tornum perficiendus applicetur. Sed priùs utriusque extremitatis centrum est perquirendum, repertumque cuspide chalibeâ signandum, & ne cnodacibus axis excidat, ideò altiùs circiter ad unciam & semis excavandum. Cnodaces etiam robusti ac firmi existant, necesse, è chalybe bene indurato compacti, pollicem circiter longi, & ad basim pollicem etiam lati. Qui ut firmiores ad puppas cohæreant, scapum obtinebunt quadrangulum & cochlidij ope ad ipsas puppas fortiter affixum, qualiter tab. 2. in X & M *notatum. Cùm ergo ad cnodaces confirmatus fuerit axis, manum leviter ducendo tentandum an æquabiliter circa sua centra*

Aprés que vous aurez fait recuire vôtre arbre ou piece de fer, vous le disposerez à estre mis sur le tour, premierement en cherchant les centres des deux extremités avec un compas, & les ayant trouvés, vous donnerez un grand coup de pointeau par dessus. Et avec un forêt vous les approfondirez environ de deux lignes, afin qu'ils n'échapent des pointes, lesquelles doivent étre courtes, bien acerées & bien trempées, que la base soit au moins d'un pouce de diamettre & la longueur d'autant. La tige quarrée traversant la poupée, & fillettée au bout pour estre arrestée avec une bonne écroüe; enfin telle que X ou M en la *pla.* 2.

Vôtre


Vôtre arbre estant posé sur les deux pointes, vous glisserez doucement la main par dessus, & le ferez tourner, pour voir s'il est bien posé dans ses centres, & si en tournant il sautille, ou fait ventre, ayant bien remarqué l'endroit, vous aprocherez le centre en l'elargissant avec le pointaux du costé qu'il fait ventre, si vous n'aymés mieux limer ce costé jusques à ce qu'il soit sur le rond, ou bien sans chercher toutes ces façons, vous pourrez emporter les inegalités avec le crochet en tournant, comme il sera dit cy aprés. Mais auparavant que de le tourner, il y faut ajuster une poulie de bois de cinq à six pouces de diametre, & d'environ un pouce d'épaisseur. Vous l'arresterés bien par des coins au milieu de l'arbre, prenant sur tout bien garde de la poser à angles droits avec l'arbre, de peur qu'en tournant elle ne laisse échaper la corde de sa coulisse. Ensuite ayant fait passer la corde de la grande roüe par dessus en la faisant croiser à la maniere de celles des couteliers, vous arresterés bien vôtre arbre ou piece sur les poupées en poussant les clavettes à bons coups de maillet, de peur de quelque ébranlement. En suite vous mettrés quelques goutes d'huile aux deux extremités de vôtre arbre, qui sera pour lors prêt à être tourné, & parce qu'en tournant l'huile vient à secher par la chaleur du fer, il est necessaire d'en remettre de tems en tems de nouveau, de peur que les pointes du tour ne se gâtent, & qu'ainsi les centres de vôtre mandrin ne varient.

volvatur. Tum si qua appareat irregulaitas, centra tandiu ad partem irregularitati obversam sunt dilatanda, vel saltem limâ illa pars minuenda, donec tandem nulla supersit inæqualitas. Poterit tamen id promptiùs uncinato instrumento præstari, ut inferiùs patebit, si prius trochleolam circiter quinquepollicarem axi opposueris, & ad axis medium perpendiculariter & firmiter sitam, ne propter obliquitatem funis ductorius in tornando è trochlea seu rotula dilabatur. Illo autem fune ductorio ab ingenti rota ad rotulam axis decussatim, ut solent cutellarii, admisso, ita stabiliendæ sunt puppæ, cuneis fortiter adactis, ut nulla concussione ne minimùm quidem dimoveri queant. Guttulæ tandem olei super cnodacum apices identidem perfundentur, ne nimio calore ob motum axis concitati attriti excentricitatem in eodem axe inducant.

Vôtte arbre ajusté sur le tour & tout prest à être tourné, vous ferés tourner la grande roüe par deux hommes s'il est necessaire, & apuyant le dos d'un crochet à face droite sur la renure ou relais du support, vous presenterés un des coins dudit crochet (que vous aurés premierement trempé dans l'eau) unpeu au dessus du centre de l'ouvrage, mais à petit fer, c'est à dire un peu doucement, & par ce moyen vous emporterés les inegalités de vôtre arbre; prenant en suite un autre crochet à nez rond, vous ébaucherés plus facilement vôtre ouvrage, & quand vos outils, auront un peu travaillé, & qu'il commenceront à s'echaufer, vous les plongerés dans un vaisseau plein d'eau, que vous tiendrés toujours auprés de vous pour qu'il vous soit plus commode. Vous reprendrés en suite un autre crochet mouillé de la même maniere, & quand vôtre ouvrage sera ébauché & particulierement arrondi avec le crochet à nez rond, vous en prendrés un à face droitte, avec lequel de toute l'étenduë de son taillant vous emporterez les traits, que le crochet rond y avoit laissés, & ainsi vous planerés bien vôtre ouvrage, sur lequel vous pourrés faire les moulures que vous souhaittés avec le grain d'orge, puis vous le polirés avec l'émeril bien pilé, & mis avec de l'huile entre deux bâtons, comme j'ay cy devant enseigné.

Axe jam ad tornandum parato, majorem rotam duo viri si opus fuerit circumagant. Tum uncinatum instrumentum rectæ aciei & priùs aqua madefactum fulcimenti margini applicabis, & ipsum non secundùm totalem ipsius aciem, sed solummodo secundùm unum ex angulis, axi paulò sub ipsius centro oppones. Hujus instrumenti ope ferrum paulatim & minutatim concidendo axis inæquabilitates, si quæ fuerint, eximes, ipsumque deinde uncinato rotundo faciliùs informabis, cautione semper adhibita ut idemtidem instrumentum in aqua juxta te posita refrigerandum immergatur, & sæpius alternetur. Informatum uncinatis rotundis axem, alio uncinato sed rectæ aciei & ex tota ipsius acie complanabis, ipsique tandem incisis priùs uncinato acuto si quæ tornanda erant anaglyptis, smiride ut superius jam docuimus, polituram adhibebis.

Vôtre



fo. 14.
plan. 3.
fig. 1.
fig. 2.
fig. 3.
fig. 4.
fig. 5.

Si verò jam omnibus suis numeris perfectus axis tubi in modum sit excavandus, una ex prioribus puppis amotâ, aliam ejus loco lunulâ bipartitâ instructam adpones; intraque lunulam axis collum sic firmiter collocabis, ut nullus vacillandi sit locus. Bene deinde firmatum axem planæ cuspidis terebellâ minori incipies perforare, dein amplioribus successivè adhibitis ad requisitam amplitudinem & profunditatem excavabis. Ad hoc autem opus sæpissimè retrahendæ terebellæ & ramenta extrahenda, oleo etiam sæpius inungendæ terebellæ, ne nimiùm excalescentes tandem molleſiant. Potissimùm autem curandum ut firmissimè tum manu arripiantur, tum fulcimento apponantur; sin aliter excentricabitur tubus. Cui tamen damno si quoddam acciderit, facilè medebitur quadrangulari instrumento paulisper ad facies suas in longum excavato, & secundùm suos angulos peracuto Z & X tab. 3. fig. 1. *Ex chalybe optimo & optimè indurato confici debet tale instrumentum, crassitiemque paulò minorem quàm tubi latitudinem obtinere. Nullum valentius ad hoc reperiri & tractari potest instrumentum; quia etenim ferè est uno tantùm latere prosciudens, idemque etiam præstat quod terebellæ illæ robustissimæ quibus tormentorum tubi emendantur & uniuntur. Manubrio autem paulò longiori instruendum tale instrumentum, ut ipsum intra axillam & brachium cohibendo tutiùs ac firmiùs pertractetur. Sic etenim excentricitatem tubuli præscindendo ad exactam deduces æquabilitatem.*

Ad ultimam tandem axis integritatem restat ut helices variæ in ipso incidantur: quæ quidem seu proximè ad collum, seu ad ipsum cardinem insculpantur, æquale negotium est. Sed quocunque in loco id fiat, priùs perfectè pars illa est rotundanda,

Vôtre arbre ou mandrin étant bien arrondi & assorti de toutes ses molures; si vous voulez le percer en canon, vous ôterés une des poupées à pointe pour substituer en sa place une poupée à lunette brisée; dans laquelle vous poserés le collet de vôtre arbre. Mais il faut l'ajuster en maniere qu'il ne vacille point du tout. L'arbre ou mandrin établi, vous prendrez de petits forêts à nez quarré, & à double bizeau; comme ceux dont se servent les serruriers pour forer une clef, & commençant par un petit; en suite par un plus gros, vous le percerez de la grandeur & de la profondeur que vous jugerez vous être necessaire. Il faut avoir un grand soin de tenir lesdits forêts bien appuyés & bien fermes sur le support; autrement on est en danger que l'ouverture ne se jette plus d'un côté que d'autre. Il faut aussi avoir soin de retirer de tems en tems le forêt, soit pour faire sortir la limaille; soit même pour l'huiler, afin qu'il coupe plus aisément, & qu'il ne se détrempe en s'échauffant. Et parce qu'il est bien difficile de percer bien concentriquement avec les forêts, vous rectifierez vôtre ouverture en cette maniere. Il faut prendre un outil quarré, beaucoup moins épais que l'ouverture de vôtre arbre n'est grande, tranchant sur la longueur de l'un de ses bords Z *plan.* 3. & X, bien aceré & bien trempé, & vuidé en son milieu tant soit peu en canal. Cet outil est proprement semblable à une gouge qui ne couperoit que d'un côté de sa canelure dans sa longueur. Il n'est point d'outil qui le vaille. Il fait à peu prés le méme effet que ces grands forêts, dont on se sert pour nettoyer les canons de fonte. Vous garnirez pour cet effet cet outil d'un manche un peu long, pour que le tenant entre l'aisselle & le bras, vous le conduisiez des deux mains avec plus de fermeté & d'assurance. De cette maniere vous emporterez toute l'irregularité qui se trouvera dans la direction de cette ouverture.

Il ne reste plus pour l'entiere perfection de vôtre arbre ou mandrin que d'y tailler le pas de vis, ce qu'on peut faire en divers endroits & en differentes manieres; mais les uns les taillent vers la queuë, & les autres vers

vers le collet. Mais en quelque part qu'on les dispose, il est toûjours necessaire de bien arrondir au tour la partie. Quelques-uns se servent pour tailler les vis sur un arbre d'une double filiere ; ce qui pourtant n'est pas toûjours bien seur, car pour peu qu'on presse trop violemment, ou qu'on panche en menant la filiere un peu plus à droite qu'à gauche, on se met en danger de fausser sa piece, comme il arrive trés souvent. Il y en a qui pour éviter ce danger n'achevent pas de filetter l'arbre avec la filiere ; mais se contentant de tracer le premier trait, ils l'approfondissent avec une lime, & achevent ensuite de le netoyer avec la même lime sur le tour entre les deux pointes. Mais on peut agir autrement ; & voicy la methode la plus assurée. Prenez des tarots A B *plan.* 3. fillettés bien justement, & de la grosseur du pas de vis que vous souhaittez. En ayant mis un *c* dans l'ouverture que vous avez faite au collet de vôtre arbre D, vous le souderez bien avec de l'étain, du sel ammoniac & de la poix resine, & le plus au centre qu'il vous sera possible. Prenez ensuite une poupée garnie d'une lunette brisée de bois K *fig.* 1. *plan.* 3. avec laquelle lunette vous embrasserez vôtre tarot C, qui glissant dans cette lunette brisée de bois y fera son pas lui-même. Auparavant il faut établir l'arbre bien horizontalement & en droite ligne avec les deux centres des lunettes, afin que son jeu soit bien égal & bien libre pour avancer & pour reculer. Aprés avoir bien placé vôtre arbre D entre les deux lunettes K L vous approcherez le support M le plus que vous pourrez de l'endroit où vous voulez tailler la vis. Vous planterez ensuite deux clous en pivot *a a* sur le dos du support M vis-àvis l'endroit où vous voulez tailler la vis, & tellement éloignez l'un de l'autre, que vôtre outil *c* puisse s'y placer juste, & s'y tenir bien stable. Au lieu des deux clous *a a*, il est mieux d'entailler sur le dos du même support M un petit canal traversier *b* de la largeur de vôtre outil *c*, afinque lorsque l'arbre D avancera ou reculera, la pointe de l'outil *c* soit inébranlable, & que vous traciez une seule ligne ; autrement il y a danger que la pointe de l'outil va-

Variis autem modis insculpi possunt illæ helices, scilicet aut gemini cochlidii ope, sed id valdè periculosum, cum facilè aut violentiùs aut inæqualiter cochlidium stringendo pars illa spiris incidenda, detorqueri queat. Alii verò tali obviantes periculo sat habent eodem gemino cochlidio prima spirarum imprimere vestigia, ea deinde ad debitam profunditatem limâ triangulari dedutentes eademque limâ utentes, ut ea in tornando lævigent & rectificent. Ast tutiori methodo ea res confici poterit sic : Clavi assumantur varii chalybei & ad beneplacitum striati A B, tab. 3. fig. 1. *& firmissimè atque rectissmè ad axis tubum D stanno, ammoniaco & resinâ affigantur. Quo facto puppa adhibenda erit lunulâ ligneâ & bipartitâ K* fig. 1. tab. 3 *instructa ; ad quam lunulam, clavus striatus ad axem appositus sibi suam helicem accedendo & recedendo satis citò excavabit. Priùs tamen ad horizontem parallellus statuendus est axis, ita ut ipsius centra cum centris lunularum rectè & ritè conveniant ; sic æquali & libero motu tam in recedendo quàm in accedendo feretur & circumagetur. Axe denique D super lunulas K L*, tab. 3. fig. 1. *ritè collocato, & fulcimento M propiùs ad partem incidendam seu striandam admoto, clavi duo* a a *perpendiculares & parallelli ad ipsius fulcimenti supremum limbum ex adverso partis striandæ affigentur ; & tanta inter eos distantia ut sua intercapedine instrumentum justè & firmiter comprehendant. Firmiùs tamen statuetur tale instrumentum si intra canaliculum* b *transversè ad eandem fulcimenti partem & juxta instrumenti latitudinem excavatum, apponatur, & sic stabiliatur ut axe D recedente & accedente dum circumagitur, instrumenti* c *acies immota ac firmissima permaneat. Quod summè necessarium est ad unicum & singularem spiræ tractum deducendum. Si etenim minimùm dimoveatur instrumenti acies seu cuspis, varii ejusdem spiræ simul incidentur tractus, sicque nusquam poterit perfectum evadere opus. Pro quo accuratiùs perficiendo præstat primò, ut ex optimo chalybe fiant instrumenta* c *aut* F H, *utque ipsorum acies angulum constituat sexaginta graduum, seu qualem unum ex angulis trianguli æquilateri* P. *ad talem enim angulum incisæ spiræ seu helices æqualiter cavæ, & æqualiter eminentes succedent* R. *Si verò profundiùs excavendæ, & magis acuminandæ essent, tunc instrumento*

instrumento utendum cujus acies acutiori formetur angulo 2, qualis scilicet est angulus trianguli isoscellis Q. sicque striarum acies acutiores & canaliculi profundiores S. Nonnulli aliter operantur; initiatam etenim prædicti instrumenti acie & prædicto modo spiram, integrè deinde excavant alio instrumento A, pectinis in modum formato, tribus aut quatuor acutis dentibus æqualiter & ad mensuram striæ dissitis, incisi. Alii verò limâ triangulari, uti jam dictum, penitus perficiunt; sed utrumque fallibile & incertum. Quòd si intra cavitatem tubuli ad axis caput perforati stria etiam esset incidenda, instrumentum uncinatum & pectinatum n *adhibendum erit, sed priùs firmissimè inter clavos* a. a. *aut intra canaliculum* b *fulcimenti N consolidandum, quod maximè debilibus necessarium. Nam ad ferri duritiem si manus robur non valeat consistere, variabuntur certissimè striæ. Unicus autem spiræ tractus, ad primam incisuram necessariò est incidendus, & ille unicus ad ultimam operis integritatem necessariò deducendus. Caveant igitur quibus manus non satis firma & robusta taliter instrumentum ad strias incidendas confirmare, ut ejus acies omnino immota supra fulcimentum assideat, si opus acceptum gratum & ad suam integram perfectionem exoptant.*

cillant tant soit peu, vous ne traciez diverses lignes, ce qui vous fatigueroit beaucoup pour tailler une vis bien nette. Outre que vôtre outil *e* ou F H doit être bien aceré, & que sa pointe H fasse au juste un angle de soixante degrez, comme un des angles du triangle équilateral P. De cette façon le plein & le vuide, ou le canal & l'arête de vos vis seront parfaittement égaux R. Que si vous voulez que les arêtes soient bien taillantes, & les canaux bien enfoncés, il faut que la pointe de vôtre outil soit d'un angle un peu plus aigu, comme l'angle 2 du triangle isoscelle Q. Alors vous aurez le canal bien profond, & les arêtes bien vives & bien aiguës S. Il y en a qui aprés avoir tracé une simple ligne, & qu'ils ont tant soit peu enfoncé avec un grain-d'orge *e*, achevent la vis avec un peigne à trois dents 3. 4. également espacées selon le pas qu'ils veulent faire, & d'autres qui l'achevent avec une lime tiers point, ou triangulaire; mais c'est la façon la moins juste. Pour la vis dans l'ouverture du collet de l'arbre, il faut se servir d'une pointe à crochet N, & du même angle O que la premiere H, aprés l'avoir bien affermie entre les deux clous *a a*, ou dans le canal *b* du support M vous tracerez vôtre vis, & l'acheverez avec la même pointe N, ou avec le peigne à trois dents 4. Cette maniere d'arrêter la pointe ou le peigne sur le support n'est proprement que pour ayder ceux qui n'ayant pas le poignet asses fort, seroient sujets à faire plusieurs fausses traces. Car il faut sur tout bien prendre garde à bien commencer & à bien suivre son premier trait. C'est pourquoy ceux qui n'ont pas le poignet assés ferme, ni assés d'adresse pour tenir l'outil bien asseuré, qu'ils se precautionnent de quelque methode pour le bien affermir; autrement ils gâteront tout, & n'auront jamais plaisir en leur fait.

Prædicta incidendis & formandis striis methodus omnium certissima, potissimùm ad axes è ferro aut ex aurichalco fabrefactos, striandos. Geminato autem uti cochlidio periculosissimum, ne propter vim saltem minimam inæqualiter incutiendam detorqueatur tandem axis. Eligenda mihi potiùs esset subsequens, licet mechanica & ad accuratas strias concidendas & formandas difficilior. Saltem cum ipsa axis ad suam pristinam asservabitur rectitudinem, quod difficillimum cum geminato cochlidio operando. Talis autem est hac methodus, & quam ipse sæpius deficientibus aliis mediis, bono cum successu sum expertus. Chartæ simplicis plagula concidatur

Cette maniere de tailler la vis est la plus juste de toutes celles dont on peut se servir pour un arbre de fer, & même pour un de léton. Celle de la double filiere doit être jettée comme j'ay deja dit à cause de l'effort qu'il faut faire pour la faire mordre; ce qui vous met toûjours en danger de descentrer vôtre arbre. J'aymerois mieux la maniere, suivante toute mechanique qu'elle est. Veritablement il est bien difficile de faire les pas justes & dans l'exactitude requise, au moins on n'est pas en danger de descentrer son arbre comme on le peut par la precedente. Je l'ay executée plusieurs fois, estant à

la campagne & dans la neceſſité de tracer quelque vis ſans avoir ni taroſt ni filiere. Coupés pour ce ſujet une petite bande de papier de telle longueur & largeur qu'elle puiſſe couvrir bien au juſte tout l'eſpace que vous deſirés filletter. Enſuite marqués ſur les deux bords *d q f g* qui doivent ſe joindre, ſur la piece, la grandeur de la vis avec un compas *q i l n p.* & *g h k m o q* &c. ayant marqué tous les deux bords *d. q. f g.* par des eſpaces egales, tirés du premier point *q d* une ligne droitte au ſecond point *h* du bord *f g*, & du ſecond point I du bord *q d.* une autre ligne I K au troiſiéme point K du bord *f g*, & ainſi tout de ſuite juſques à la ligne *r f*. Vous aurez ainſi pluſieurs lignes parallelles obliques & également diſtantes les unes des autres. Vous collerés en ſuite vôtre bande de papier tracée de la façon ſur le tourrillon ou partie que vous voulés filletter, mais en maniere que les deux bords *f g. d q* ſe touchent ſans ſe ſurpaſſer. Alors toutes les extremités des lignes venans à ſe rencontrer mutuellement, feront un pas de vis tres juſte. C'eſt adire une ſimple trace de vis que vous marquerés en ſuite ſur le fer avec un ſimple couteau tant ſoit peu ébreché avec le taillant d'un autre, ce qui vous fera une maniere de lime tres fine. Ayant fait la premiere trace avec ce couteau légérement ébreché vous prendrez une petite lime à fendre, & ſuivant la premiere trace vous commencerez à l'élargir, afin que vous y puiſſiés conduire plus ſeurement une petite lime à tiers point, qui avancera vôtre ouvrage. Enſuite ayés un peigne également eſpacé de la meſure que vous voulés former vôtre vis; ayant mis vôtre arbre entre les deux pointes du tour avancés le ſuport le plus prés que vous pourrés de l'endroit que la vis eſt tracée. Vous y poſerés deſſus vôtre peigne, & ayant fait entrer les dents du peigne dans les ſillons que vous avés tracés, vous ferez tourner vôtre mandrin avec le pied & l'arc, & conduirés le peigne ſuivant les traces que vous avés formée avec la lime tiers point. Il faut prendre garde de ne point forcer le peigne ni à droite ni à gauche, mais l'avançant ſeulement en avant pour le faire couper & y mettant de l'huile ſouvent, vous verrez vôtre vis ſe former vivement & ſe finir d'elle même.

tanta, quanta ad partem ſtriandam exactè induendum ſufficiat. Tum duo ejuſdem plagulæ limbi oppoſiti, d. *Q.* f. g. (*illi ſcilicet qui cum plagula agglutinabitur, ſunt ſimul connectendi*) *æqualibus ſpatiis*, & *ad menſuram ſtriarum formandarum, circino ſignabuntur* q. i. l. n. p. &. g. h. K. m. o. q. *Quo facto ex puncto primo* q. *limbi* q d *ducatur ad ſecundum punctum* h *limbi* f g *recta obliqua* q h. & *ſic deinde à ſingulis punctis limbi* q d *ad ſingula puncta limbi oppoſiti* f. g. *Sic plures ducentur lineæ obliquæ & parallellæ. Quibus ductis plagula ſignata parti ſtriandæ ſic conglutinanda erit, ut limbi præcisè ſe contingant; & hac lege ut ſingula puncta unius limbi directè reſpondeant ſingulis punctis alterius limbi. Tunc linea efformabitur ſpiralis, cujus ope helice ſeu ſtria deinceps inſculpetur hoc modo. Priùs cultelli unius aciem cum cutelli alterius acie levi impulſu percutiendo limulam efformabis ad prima ſtriæ veſtigia inſculpenda aptiſſimam; ſi eam per totam ſpiræ longitudinem limando cautè & exactè deducas, primum ſtriæ veſtigium taliter delineatum aliâ limâ fiſſoriâ, & paulò craſſiori profundiùs exarabis, ut tandem limam aliam triangularem adhibendo penitus totam ſtriam excavare poſſis. Sulcos ſtriæ ſic excavatos ad perfectam lævigationem & unitionem inſtrumento ad normam ſulcorum denticulato deinde perduces, axem ad cnodaces pupparum applicando, & fulcimentum propius ad partem jam ſtriatam admovendo. Quo facto denticulos inſtrumenti ad ſulcos ſtriæ immittes, axemque deinde arcus pedalis ope circumagendo inſtrumentum pectinatum ſecundùm ſtriæ ſulculos, jam lima triangulari exaratos leniter non violenter deduces, & identidem guttulas olei ad ſtriatam partem effuſis totum opus ad perfectam inſtitutionem abſolves.*

Puiſque j'ay monſtré à tracer les vis ſur les arbres ou mandrins, il eſt auſſi à propos que j'enſeigne la maniere de tailler les peignes qui ſervent à for-

Poſt demonſtratam axis ſtriandi methodum inſtrumenta ſtriis incidendis apta quomodo debeant informari æquum duxi demonſtrare. Talium autem inſtrumentorum

rum duæ haberi debent species; una scilicet quam marem *vocant, altera verò quam* feminam. *Hæ 3 striæ exteriores, illâ verò 4 interiores inciduntur. Ad primam speciem, scilicet marem, informandam, instrumentum ferè uncinatum construendum est, cujus pars uncinata sit recta, ad lævam vergens, & tam longa ut in ea quinque aut sex ad summum possint incidi denticuli si minuti, tres verò aut quatuor si latiores. Acies autem partis hujus uncinatæ nondum induranda ante denticulorum signationem, sed benè cote exacuenda. Debetque transversim ad axis striam firmiter adjungi. Tum unico sed firmo ictu, ad dorsum aciei oppositum malleolum ferreum impellendo, vestigia striarum axis ipsis striis homologa, ad dictam aciem imprimentur. Tutiùs verò & profundiùs ad aciem instrumenti talia imprimentur vestigia, si clavo utaris chalybeo bene indurato, & axis striæ simili striâ cochleato. Singula tandem sic impressa vestigia eodem cultello denticulato, quo axis striæ priùs fuerunt initiatæ, etiam profundiùs incides. Eodem etiam cultello ad singula incisa super aciem vestigia, & ad angulatam instrumenti faciem sulculi debent exarari quamprimè ad aciem perpendiculares, limaque deinde triangulari, ad debitam profunditatem excavari. Si justè & accuratè fuerit operatum, scilicet si sulculi fuerint æquales, & æqualiter excavati & exarati, instrumentum habebis (quod* Pectinem marem *voco) ad strias striis axis conformes incidendas, maximè conveniens. Pectinem autem fæminam eodem ferè modo signabis & perficies, si priùs vestigia striarum ad aciem impresseris, ictum malleoli ferri ad extremitatem manubrii infligendo.*

mer les vis sur les ouvrages, il y en a de deux sortes qu'on appelle *mâle & femelle*. Le mâle est celuy 4 avec lequel on creuse les vis au dedans dune boëtte, & la femelle celuy 3 dont on se sert pour les tailler en dehors. Pour le premier taillés un outil à crochet, mais dont le taillant soit droit, tourné vers la gauche, & asśés long pour y pouvoir entailler cinq à six pas de vis tout au plus, sur tout si c'est pour des vis menuës & fines; car pour les plus grosses, il suffit qu'il soit assés long pour y en pouvoir entailler trois ou quatre. Il faut que le taillant ne soit pas trempé, mais bien aiguisé. Posés-le ensuite en travers sur la vis de vôtre arbre dont vous voulés avoir le pas; & le tenant bien assuré frapés sur son dos un petit coup de marteau, les arêtes de la vis de l'arbre étant bien affilées & vives imprimeront de petites breches sur le taillant de vôtre outil, aussi distantes les unes des autres que les pas de la même vis. Vous ferez mieux cette operation sur un tarost d'acier bien trempé, & du même pas de la vis de vôtre arbre. Aprés que vous aurez marqué ces petites brêches, prenez ce même couteau ébreché dont vous vous étes servi pour faire la premiere trace de la vis du mandrin, & à chaque breche tracez une ligne sur le biseau de l'outil, perpendiculaire à son taillant. Ayant tracé autant de lignes, comme il y a de breches sur le taillant de vôtre outil, élargissez-les aussi de la même maniere que vous avez élargi les pas de la vis de vôtre arbre, c'est adire en les enfoncant avec une petite lime à tiers-point, jusques à ce que les arestes soient vives. Si vous operez bien juste & exactement, que vos arestes soient bien également enfoncées, & distantes les unes des autres, vous aurez aussi un peigne bien juste & convenant à la vis de vôtre arbre. Vous suivrez la même methode pour le peigne femelle, avec cette difference que son taillant doit être bien au bout de l'outil de même que celuy d'un becdane; & qu'au lieu que vous avez frappé sur le dos du taillant du premier pour faire imprimer les pas de la vis, il faut que vous donniez le coup de marteau sur le bout du manche de celuy cy.

CHAPITRE V.

De l'acier propre à faire des outils ; avec la maniere de les tremper, & de les aiguiser.

L'Experience montre tous les jours que les bons outils font les bons maîtres, comme on dit ordinairement. En effet il est important que ceux qui veulent avoir plaisir & honneur dans leurs ouvrages, se pourvoyent des meilleurs outils. Pour ce sujet il seroit necessaire au tourneur de sçavoir choisir le meilleur acier ; mais comme c'est plûtost l'affaire des ouvriers en fer, comme couteliers, taillandiers & serruriers, d'avoir cette connoissance, & de prendre ce soin, je ne m'arrêteray point à traitter de la nature & des marques du bon acier. Je diray pourtant qu'entre les differens aciers qu'on voit communement en France, je n'en ay jamais rencontré de meilleur que celuy qu'on appelle *acier à la rose*, & le *foye de chochon*, à cause que quand on casse les billes en travers, on découvre au milieu une marque ronde noire, & bluâtre, ou bien une tache rouillée, & à peu prés de la couleur du foye. L'acier qu'on nous apporte d'Allemagne, passe pour le plus excellent, particulierement celuy de la Province de Stirie ; mais il faut le traitter doucement au feu, c'est à dire le tremper d'une chaleur moderée, rougi seulement de couleur de cerise, & revenu en couleur d'or, pour quels outils que ce soit, tant pour le bois, l'ivoire, & le fer, que pour toute autre matiere. Au defaut de celuy de Stirie, je préfére celuy qu'on appelle *acier de Piedmont* ; mais qu'on fabrique en Dauphiné. Il demande plus de chaleur à la trempe. Il en vient encore d'assés bon du côté de Hongrie, mais on n'en a pas la même satisfaction que de celuy de Dauphiné & d'Allemagne. Je ne dis rien de celuy de Damas, car comme il ne nous en vient point en France, nos ouvriers ne le sçavent point manier,

CAPUT V.

De Chalybe conficiendis instrumentis apto ; & quâ arte induranda sint instrumenta, & exacuenda.

EX optimis instrumentis optimam opificum institutionem ex parte dependere quotidiana demonstrat experientia. Ideo convenientissimum, imò perquàm necessarium, ut qui ex suis operibus sibi famam comparare peroptant & oblectationem, instrumenta adhibeant optimè concinnata. Sic de seligendo chalybe priùs intelligendum selectúmque providendum. Hæc verò quia potiùs instrumentorum opifices, cultellarios videlicet & fabros secarios, spectant, paucis pertractabo ; unum referre sat habens, inter optimos chalybes illum primas occupare, quem vulgò Rosaceum *&* Hepaticum *vocant, quia transversim disruptus notam veluti rosæ cujusdam, aut è nigricante subcæruleæ, aut coloris hepatici seu ferrugineæ ob oculos commonstrat. Optimus etiam ex Germania, potissimùm ex Stiriâ ad nos advehitur ; sed igne moderato tractandus. Viviter ignitus indurandus, deinde ad aureum colorem inducendus pro quibuslibet, & pro qualibet materia incidenda, conficiendis instrumentis. Germanico succedit ille quem vulgò* Pedemontanum *vocant ; sed apud Delphinates incusus, & vividiori igne indurandus. Hungaricus etiam non rejiciendus, licet paulò Germanico & Delphinati inferier. De Damasceno autem quid referam ? cùm apud nos vix reperiatur, nullusque sit ejus ritè pertractandi peritus. Adde quòd Germanicum & Delphinatem non antecellat, sed ex solo pertractandi modo vim suam obtineat, & pretii æstimationem. De eo tamen quæ mihi à quibusdam mercatoribus Massiliensibus apud Damascenos diu commoratis relata fuere, paucis ibi referam ; scilicet Damasci & his locis orientalibus vicini artifices non priùs chalybem adhibere solitos, nisi pro soleis seu ferramentis equinis jam diu inserviendum curarint, præcipuas vires ex ungula caballina chalybi indendas, existimantes. Quin etiam dum Romæ commorarer,*

morarer, referebat mihi dominus ille Guillelmus monetariæ Romanæ cusor & signator, de quo suprà, se potissimum è soleis seu ferramentis equinis jam ferè attritis opera delicatiora efformare. Peculiaris est insuper Damascenis ferri & chalibis indurandi modus, ut ab iisdem didici mercatoribus; illos scilicet acinaces suos nullis liquoribus immergentes, sed aëri frigidissimo solummodo exponentes, indurare. Qui ideo juxta ustrinas suas profundissimos disponunt aditus rectà ad boream hiantes, & sic infundibuli modo deductos ut in rimam desinant acinacum longitudini omninò conformem; ad quam eos hiemali potissimùm tempore indurant. Tam etenim tunc temporis intensa est aura ad has rimas frigiditas, ut ad illas ne momentum quidem manus retineri queat. Tum candentes acinaces quamcitiùs illis admoventes, eos inibi donec tandem penitus refrigescant detinent. Hanc autem ferri sic indurandi methodum omnibus aliis anteponendam ratio ipsa evidenter demonstrat; cùm Physicis satis pateat, ferrum candens non aliter indurari, nisi ejus partium calore summo rarefactarum, dein propter intensum frigus liquoris ejus in quo immergitur, ad se invicem contractione. Quatumvis verò frigidus sit ille liquor cui ferrum immergitur, certissimum est candente ferro tandem incalescere, sicque intentionem ejus minui, & ad comprimendas ferri partes intrinsecas debiliorem fieri. Unde fit ut plurima instrumenta quæ priùs bene indurata erant, tandem mollefiant, & iterum sint induranda, cùm sola eorum superficies extima primâ frigoris intensione induruerit. Quod instrumentis ad aëris frigiditatem induratis minimè accidit. Ferrum enim licet candentissimum nusquam aëris frigiditatem poterit superare, cùm novum continuò succedat frigus, quo singulæ ferri particulæ, etiam intimiores & usque ad centrum, comprimantur.

ni luy donner le feu & la trempe. A dire le vray, il n'est pas meilleur que celuy qu'on nous apporte de Dauphiné & d'Allemagne; ce n'est que la maniere de l'apréter & de le tremper, qui luy imprime cette force qui le fait tant estimer. Et voicy ce que j'ay apris par quelques marchands de Marseille qui avoient long-tems negotié du côté de Damas. Ils me raportoient qu'en ce païs-là, & dans plusieurs autres villes du Levant, ils n'employent l'acier pour en faire des sabres & des couteaux, qu'aprés en avoir ferré les chevaux, disant que l'ongle des animaux a la vertu de bien rafiner le fer aprés qu'ils l'ont porté long tems. Et même j'apris à Rome par ce *signor Guillelmo* dont j'ay deja parlé, qu'il ne se servoit que des vieux fers de chevaux quand il vouloit faire quelque ouvrage fin & delicat. Pour la trempe de Damas, voicy ce que ces mêmes marchands m'en ont rapporté. Ils m'assuroient que les Turcs ne trempent point leurs sabres & coûteaux dans aucune liqueur; mais seulement à l'air, & de cette maniere. Il bastissent joignant leurs forges de longues lucarnes directement opposées au Nort, ayant l'embouchure fort large, & se retressissants peu à peu comme un entonnoir jusques à tant qu'elles viennent à finir par une fente étroitte, mais assés longue & large pour y placer un sabre dedans de toute sa longueur en travers; & lors qu'ils veulent le tremper, ils attendent particulierement dans le tems de l'hyver, & que le vent de Nort soufle. Car pour lors le vent s'en gouffrant dans ces longues lucarnes il y devient si froid au passage de ces longues fentes, qu'il est impossible d'y tenir la main le moindre espace de tems. Pour lors les ouvriers faisant rougir un sabre à leur forge, & à certaine couleur de feu, ils le presentent vitement à cette longue fente, & l'y tiennent jusques à ce qu'il soit entierement refroidi. La raison physique monstre assés clairement que cette maniere de tremper l'acier doit être meilleure que celle qui se fait dans quelque liqueur. Tout le monde sçait que la dureté de l'acier par la trempe ne provient que de ce que les particules rarefiées par la chaleur du feu viennent à se retressir & s'unir tout d'un coup par la grande froideur de l'eau ou de la liqueur dans laquelle on le trempe. Or pour froide que soit cette eau ou cette liqueur, l'acier brûlant l'échauffera toujours, & par consequent elle ne pourra plus agir si fortement dans la suite que dans le premier moment de l'immersion de l'acier, & c'est la raison, à ce que je pense, que la plus part des outils sont fort bien trempés au commencement, mais ils devien-

nent à la fin si mols, qu'on est obligé de les retremper, ny ayant proprement que les particules de la superficie d'unies & de retresfies par la premiere force de l'eau, dont la vertu se rallentit à mesure que l'acier l'echauffe. Il n'est pas de même dans la trempe de lair. Pour brûlant que soit l'acier, il ne sçauroit l'échauffer, puisque incessanment il en vient de nouveau, qui ne cessant continuellement d'agir; aussi les particules de l'acier ne cessent jamais de se retressir & de s'unir jusques dans le centre même.

Les aciers d'Espagne & de Bresse sont encore assés bons, mais de quelque pays qu'on les aporte, il faut toujours choisir celuy dont le grain est le plus fin, & de couleur d'argent tirant tant soit peu sur le brun; qui ne soit ni pailleux, ni surchauffé, ny plein de grumeaux & de veines, mais entier & bien uniforme en toutes ses parties. Ces sortes d'aciers ne sçauroient que faire de bons instruments, sur tout si l'ouvrier prend la peine de les bien conroyer & tremper. Ce qui ne se peut apprendre que par une longue pratique, car à dire le vray les paroles seules ne suffisent pas pour instruire à fond une personne sur cette matiere.

Præstans quoque ex Hispania & Brixia asportatur calybs, at è quacumque advehatur regione, tenuioribus compactus micis, & ex argenteo ad nigricantem vergens, præ cæteris est eligendus. Rimosus verò & adustus, aut grumulis venulisque scatens & scaber tamquam inutilis est rejiciendus. E selecto sic chalybe optima concinnabuntur instrumenta, si potissimùm à perito & experto pertractentur opifice. Hanc autem doctrinam solo sermone explicare valdè difficile.

q. *Ejusdem registri capsulæ prospectus.*
r. *Una ex pinnarii assulis.*
s. *Facies puppæ lunulâ suâ & laminâ instructæ.*

Explication de la poupée posterieure.

a La face, ou le devant de la poupée posterieure.
b Profil de la même poupée.
c La même poupée en perspective.
d Demi-lunette quarrée qui doit étre attachée au devant de la poupée.
e E'paisseur de cette demi-lunette.
f. La même demi-lunette en perspective.
g. Plan de la platine de léton qu'on doit apliquer au devant de la poupée.
h. Hauteur & largeur de la même platine.
i. La même platine en perspective.
k. Autre demi-lunette longue.
l. La même demi lunette longue en perspective.
m Coin de bois pour serrer cette demi lunette longue contre le collet de la queüe de l'arbre.
n. Plan de la caisse ou de fer ou de lêton pour contenir le registre ou clavier.
p. Hauteur & largeur du dos de la même caisse.

 o. Une

o. Une baguette ronde de fer, qui enfile tous les collets du registre, & qui les y tient attachés.

q. La caisse du registre en perspective.

r. Une clef ou collet du registre ou clavier.

s. Face de la poupée garnie de sa lunette & de la platine de léton.

t. Profil de la même poupée garnie de son registre.

u. La face de la même poupée en perspective.

x. Perspective du dos de la poupée garnie de son registre.

z. *&*. L'arbre du tour ou des deux poupées, dont l'extremité qui porte dans la poupée posterieure, est taillée par un collet & par plusieurs pas de vis differentes.

2 Vis en marteau & à tige quarrée qui sert à arrester la caisse du registre par le moyen de l'écroue 3.

t. *Ejusdem puppæ pinnario instructæ latus.*

u. *Ejusdem puppæ prospectus.*

x. *Ejusdem puppæ pinnario instructæ è dorso prospectus.*

z. &. *Axis ferreus puppis inserviens, cujus cauda ad puppam posteriorem inserenda, scotiâ seu crenâ canaliculatâ inciditur, & variis helicibus pro variis striis efformandis.*

2 *Retinaculum ferreum quo pinnarii capsula cochlidii 3 ope ad ipsam puppam alligatur.*

CHAPITRE III.


Representation des poupées precedentes, tant pour tourner entre les deux pointes, que pour tourner en l'air, posées sur leur banc.


On voit dans la presente planche la disposition qu'ont sur le banc du tour les poupées que je viens de décrire, tant de celles dont on se sert pour tourner entre les deux pointes le bois & le fer, que de celles dont on se sert pour tourner en l'air. La figure A represente les deux poupées pour tourner le bois entre les deux pointes. La figure B represente celles dont on se sert pour tourner le fer entre les deux pointes, & le support propre pour cet effet; & la figure C represente la disposition des deux poupeés propres à tourner en l'air. On y voit la poupée anterieure & le support au devant, & enfin la poupée posterieure garnie de ses deux demi lunettes & de son clavier E enchassé dans sa caisse D. Je me persuade que pour peu qu'on ait connoissance du tour, on connoîtra par mes simples desseins la composition & la disposition de toutes ces poupées, & de toutes celles dont je traitteray; sans que je sois obligé d'en faire des descriptions diffuses.

CAPUT III.

Pupparum præcedentium pro ligno tam inter cnodaces quàm in sublimi tornando, aptarum scenographia.

Puppas anteà delineatas ac descriptas super suas gemellas sitas ac positas ob oculos commonstrat hæc tab. 6. *tam illarum scilicet quæ ad tornandum inter cnodaces inserviunt, quàm illarum quibus in sublimi tornatur. Figura A puppas pro ligno inter cnodaces tornando aptas exhibet. Figura B illas quibus ad tornandum inter cnodaces ferrum utimur, & insuper fulcimentum ad id opus accommodum. Figura verò* C *puppas ad in sublimi tornandũ convenientes repræsentat. In hâc puppa anterior & fulcimentum antepositum prospiciuntur, sicut & puppa posterior lunulis duabus & pinnis F ad cochleas formandas intra capsulam D ordinatis instructa. Has autem machinas cæterasque deinceps in hocce tractatu exhibendas, faciliùs graphicis meis delineationibus tornum vel minimùm callentes concepturos opinor, quàm fusis verborum descriptionibus. Has ideo brevi explicatione complectar & tractabo.*


fol. 36.
pl. 6
A
B
E
D
C
10
20
J. Buys Sc.
F. Carolus Plumier Minimus . Delineavit. 1699


Q
A
22
P
B
O
33
D
2
4
44
E
3
4
F
G
FΩ
I
L
M
67
a
56
5
Fr. C. Plumier minimus

CAPUT IV.

Pro in ſuſpenſo libero tornando duæ aliæ puppæ, & duæ aliæ lunulæ.

Tornandi peritos curioſè peragrando conquirenti, eorum machinas & methodos faciliores non ſolùm obſervare, ſed etiam apud me ſollicitè conſervare, ſemper cura fuit & animus. Tandem ex ipſis machinis quas viderim commodiores; ut quæ magis arriſerint, eligantur, publicas modò facio. In hac igitur tab. 7. *duæ lunularum formæ, & ſingulæ ad puppam ſuam peculiarem annexæ exhibentur, & inſuper alia particularis puppa cuodace illis lunulis inſerviente, inſtructa.*

In hac autem puppâ ultima cavitas eſt incidenda quadrata, ferè bipollicaris, totam ipſam puppam trajiciens, cujuſque centrum centrum lunularum exactè adæquet. In ipſa autem cavitate priſma ſeu parallelepipedum R eſt inſerendum paulò quàm ipſius puppæ craſſities longius, & tantæ etiam craſſitiei ut ad ipſam cavitatem facilè poſſit inſeri, & inde etiam facilè extrahi. Tale verò priſma in cavitate jam dictâ immotum conſtituetur, aut cochleâ Q puppæ vertici infixâ, aut cuneô ligneo S puppæ latus trajiciénte fortiter adacto, uti ſolidatur virgula inſtrumenti illius delineatorii vulgo le truſquin *apud fabros lignarios. Ad unam autem hujus parallelepipedi extremitatem apex ferreus* 22 *affigendus, cui cauda* 33 *axis D in tornando annitatur; & ad oppoſitam ejuſdem parallelepipedi extremitatem aliam, fruſtulum ſeu laterculum ferreum aut æneum eſt applicandum in medio inſculptum foſſula cui apex caudæ* 44 *axis E inſeratur. Colla autem axium D & E in tubulum excavari poterunt, aut turriculâ inſtrui cochleatâ ſemipollicem longâ & craſſâ, ad materiam tornandam immediatè detinendam; aut pixides illas æneas G in ſtriam ad fundum terebratas, quibus immediatè annectitur materia ipſa tornanda. Cùm verò lignum tornandum ad axis turriculam cochleatam erit applicandum, prius terebellâ F* 2 *turriculæ* 6 *æquali, & ſimiliter cochleata, erit perforandum. Sic verò terebellæ illæ ſtriatæ qui-*

CHAPITRE IV.

Autre diſpoſition de deux poupées, & de deux differentes lunettes pour tourner en l'air.

Comme j'ay toujours eſté curieux de voir les tourneurs par tous les lieux où j'ay voyagé, j'ay eſté ſoigneux de remarquer leurs differentes manieres, & de recueillir celles qui m'ont paru les plus aiſées; dont j'ay voulu faire part au public, afin que chacun choiſiſſe celle qui luy paroiſtra plus commode. Je repreſente dans cette planche deux ſortes de lunettes montées chacune ſur ſa poupée particuliere, & une autre poupée garnie de ſa pointe propre pour ces deux lunettes.

Cette derniere poupée à pointe doit être percée en travers depuis le devant juſques en derriere, & dans une hauteur convenante à celles de l'ouverture des lunettes, par une mortaiſe quarrée & large d'environ deux pouces pour recevoir le priſme ou parallelepipede R un peu plus long que la poupée n'eſt épaiſſe, & auſſi épais que la mortaiſe quarrée eſt large, mais en maniere qu'il y puiſſe couler aiſement. On peut arrêter ce priſme ou par une vis en bois Q poſée ſur la teſte de la poupée, ou bien par une petite clavette de bois S. qui paſſe tout au travers de la poupée pour qu'elle ſerre bien ce parallelepipede; de même que cette petite clef ou coin de bois qui ſerre l'arbre d'un truſquin de menuiſier. On peut ficher ſur une des extremités de ce parallelepipede une pointe de fer 2. 2. pour la queüe 3. 3. de l'arbre D. & ſur l'autre extremité on pourra pratiquer un trou dans une petite piece de fer ou de léton pour la queüe en pointe de l'abre E. Ces ſortes d'arbres D & E pourront avoir le goulet creux comme le goulet 5. ou bien garni dun tourrillon de fer fait en vis épais, & long de ſept à huit lignes comme le tourcillon 6. pour y attacher des pieces de bois, ou bien des boettes de léton taraudées dans le fond comme G. Pour attacher les pieces de bois ſur ces tourrillons

rillons taillés en vis, il est necessaire de les percer par un côté, & tarauder le trou avec un tarau de fer F 2. de méme diametre & de même pas que le tourrillon 6. Ces sortes de taraux propres à tarauder le bois doivent être faits de la maniere. Aprés que la vis sera faite sur un des bouts environ la longueur d'un pouce, on taillera ce même bout à pans enfoncés, & en façon que les coins ou les arestes qui resteront, soient vives & bien taillantes; & afin que vous fassiez vos écroues dans la piece de bois, il faut auparavant avoir percé l'endroit avec une tarriere un peu moins épaisse que n'est le taraud.


bus ligna tornanda terebantur, conficiuntur. Earum extremitas ad pollicis circiter longitudinem in cochleam efformatur, tum taliter fit quadrangularis ipsam limâ incidendo, ut quatuor anguli bene peracuantur, & quatuor facies tantisper excaventur. Tandem ut terebella illa sic coclheata faciliùs intra lignum striam concidat, priùs perforabitur lignum terebellâ aliâ simplici, & paulò tenuiori quàm terebella striatâ.

Des deux lunettes propres pour ces sortes d'arbres, l'une est composée de deux regles à la façon d'un compas de proportion, & l'autre n'est qu'une simple planche fendue par en bas & ouverte par en haut selon la grandeur du collet de l'arbre ou de la piece qu'on veut tourner. La premiere lunette M ou 6. 7. se doit attacher contre la poupée B par une baguette testue K, dont la tige est presque toute quarrée, excepté le bout vers la tête, qui doit être arrondi pour entrer dans l'ouverture *e* de la même lunette. Outre cette baguette *k* on la doit encore attacher avec une autre vis en bois par une de ses branches en *a*, afin que cette branche étant bien arrestée l'autre branche M puisse s'ouvrir aisement lors qu'on haussera la bride N, qui etant attachée par une goupille à la partie *a* aura une vis *u* dans l'autre extremité pour serrer les deux branches *a* & M ensemble. Enfin l'une de ces branches sera fixe sur la poupée, & l'autre sera mobile pour pouvoir ouvrir aisément la lunette quand on voudra retirer ou remettre l'arbre.

Supersunt jam duæ suprà memoratæ lunulæ explicandæ, axibus etiam supradictis accommodæ. Quarum una binis asserculis circini proportionum in modum adunatis construitur; altera verò simplex & unicum asserculum inest, ad infimam partem diffisum, ad superiorem verò circulari foramine axibus aut lignis tornandis congruo pertusum. Harum lunularum prima M aut 6.7. ad puppam suam B fibulâ annectitur capitatâ K omnino quadrangulari, nisi proxime ad caput ubi teres est formanda, ut inseri ad foramen rotundum e *e jusdem lunulæ possit. Clavo præterea cochleato ad puppam annectetur unum ex ejusdem lunulæ asserculis, nempe in* a*; ut illo immobili & fixo permanente, alterum M faciliùs hinc inde diducatur, cùm frænum N elevabitur. Illud verò frænum clavo simplici super asserculum* a *detinebitur, clavóque alio striato ad partem oppositam instruetur, quo duo assercula* a *& M simul conjuncta firmiùs atque securiùs connectantur.*

La seconde lunette 2 n'est proprement qu'une lunette de rapport, car on peut en avoir de differens calibres selon les pieces qu'on voudra faire. Elle doit estre ou de bois ou de léton ou bien de quelque autre matiere. On la fera aussi longue & aussi large que la piece à tourner & la poupée le demandent, & il faudra la fendre jusque vers le milieu, en maniere qu'elle puisse couler aisément sur le clou à marteau H, qu'on tiendra quarré expressement, afin que la lunette en soit plus affermie lors qu'on l'aura serrée avec l'écrouë 1.

Alteriùs verò lunulæ L, quia solùm adscititia est, multiplices haberi poterunt, variis diametris perforatæ, & ex ligneis tabulis aut auricalchi laminis confectæ. Dum tantæ sint quantas & puppa & opus tornandum requirunt. Diffindendæ etiam erunt circiter usque ad mediam altitudinem, ut faciliùs ad fibulam seu retinaculum ferreum H committi queant. Illud tandem retinaculum quadrangularis caudicis efformandum erit, ut inde lunula dum cochlidium 1 detorquetur, firmior stabiliatur.


fol. 39.
pl. 8
A
B
b
4
5
C
c
D
d
5
E
3
7
F
G
u
h
u
2
2
9
H
I
2
P
2
K
7
L
R
R
M
V
T
S
N
8

CAPUT V.

Duo alii pro in ſuſpenſo libero tornando modi.

PRæcedentibus modis non tam faciles iſti duo, ſed ſimpliciores illorum puppæ etiam pro libero axis exercitio ad ſupernam faciei partem ſunt excavandæ.

Prioris modi puppæ anteriori D lunula eſt applicanda ferrea, pedem & ſemis circiter longa (in eo verò eſt attendendum quòd lunulæ longiores eò etiam ſint commodiores) duas aut tres uncias craſſa & pollicem & ſemis per totam longitudinem lata, paulò tamen magis ad ſupernam extremitatem batilli in modum dilatanda, ut in ea parte foramen orbiculare (quod propriè oculus lunulæ *dicitur) incidatur, & tanti diametri quantùm collum axis requirit. Hæc autem lunula ad puppam ſuam duobus detinebitur clavis, uno ſcilicet in infima extremitate 5. alio verò paulò inferiùs quàm in media parte 4. ideo foramen inferius rotundum, medium verò triplo longius quàm latum 3 diffindendum, ut cùm opus aliquod fuerit ſtriandum, lunulæ vis elaſtica ad axis acceſſum & receſſum ſit libera. Clavi etiam illi duo P ad lunulam retinendam deſtinati eodem erunt fabricandi modo. Et qui lunulæ inferiori foramini erit inſerendus, ad puppæ partem poſticam eſt reſtringendus; qui verò ſuperiori foramini 5, ad partem anteriorem. Neve lunula elaſticè ad axis acceſſum & receſſum mota, dextrorſum, ſiniſtrorſumve titubando feratur, clavus* p *qui ſuperiori foramini erit inſerendus, eamdem obtinebit craſſitiem ac foramen ipſum 3 latitudinem.*

Lunulæ d apertura amplior, ſeu oculus propriè dictus, conicè conformiter ad collum axis erit incidendus; eâ ſcilicet formâ ut circulus faciei anterioris ſit minor quàm cir-

CHAPITRE V.

Deux autres manieres de tourner en l'air.

LA diſpoſition de ces deux manieres, n'eſt pas veritablement ſi commode que celle des deux précedentes, mais elle n'eſt pas ſi compoſée. Les poupées de toutes les deux demandent d'eſtre ouvertes par le haut pour le libre paſſage des arbres.

Dans la premiere diſpoſition la poupée anterieure D doit être garnie d'une lunette de fer longue d'environ un pied & demi (les plus longues ſont les plus aiſées) épaiſſe de deux à trois lignes, & large d'un pouce & demi ou de deux, excepté vers le haut, qui doit être élargi en palette pour y faire l'œil, comme on apelle, de la lunette, qui eſt proprement une grande ouverture ronde; ſelon la groſſeur du collet de l'arbre dont on doit ſe ſervir. Cette lunette doit être attachée ſur ſa poupée avec deux cloux, l'un juſtement ſur l'extremité de la queüe 5, l'autre un peu plus bas que le milieu 4. Pour ce ſujet l'ouverture du premier clou d'en bas ſera ronde, & celle du ſecond ſera trois fois plus longue que large 3, afin que quand on voudra faire une vis ſur l'ouvrage, le reſſort que fait la lunette par l'avancement & le reculement de l'arbre, puiſſe avoir toute ſa liberté. Le même clou *p* peut ſervir pour ces deux ouvertures à la difference qu'on le ſerrera par derriere la lunette pour l'ouverture ronde d'en bas 5. & qu'on le ſerrera par devant 4. pour l'ouverture oblongue 3 du milieu; & afin que dans le mouvement que fait le reſſort quand on fait une vis, la lunette ne vacille ni à droit ni à gauche, mais bien regulierement de devant en arriere, & de l'arriere en avant, la queüe en vis du clou P doit être auſſi épaiſſe que l'ouverture oblongue 3 ſera large. *p*

Pour l'œil de la lunette *d* il doit être taillé en talu, c'eſt à dire que l'ouverture du dehors doit être plus petite que celle du dedans ſelon le talu du collet

de

de l'arbre dont on doit ſe ſervir, comme on peut voir dans le profil S.

La poupée poſterieure C doit être garnie d'une platine ronde C ou de léton ou de fer, de quatre à cinq pouces de diamêtre, & épaiſſe d'environ demi pouce. Le centre de cette platine doit eſtre percé par une ouverture ronde, afin qu'elle puiſſe tourner aiſément ſur le collet rond du clou *p* qui doit la tenir attachée à ſa poupée. On fera auſſi pluſieurs differentes ouvertures rondes proche le bord de la même platine, mais en maniere que le centre de chaque ouverture ſoit ſur le même cercle. On taraudera tous ces trous par de differens pas de vis ſelon la qualité de ceux de la queüe de l'arbre.

On attachera ſur un de ces trous une pointe pour la queüe de l'arbre ſi elle eſt percée ; ou bien un de ces mêmes trous pourra ſervir pour la même queüe ſi elle eſt pointue. Mais on doit obſerver en ceci qu'en tournant la platine à lentour du collet du clou P, que le centre de chaque trou réponde exactement & directement au centre de la lunette, lors qu'on voudra ſe ſervir de quelquun.

L'uſage de cette platine & de cette lunette eſt tel. Pour tourner ſimplement en rond il faut bien ſerrer les écrous des clous tant de la platine que de la lunette, afin qu'elles ſoient immobiles & inebranlables. Et quand on voudra s'en ſervir pour tailler une vis ſur l'ouvrage, il faut poſer une des ouvertures de la platine, c'eſt à dire l'ouverture dont on veut ſe ſervir, bien juſtement à la hauteur du centre de la lunette, y faire entrer le pas de vis de l'arbre qui luy ſera conforme & deſſerrer l'écrou 4. Alors le pas de vis avançant & reculant dans ſon ouverture fera faire reſſort à la lunette, & par ce moyen on taillera une vis ſur l'ouvrage ſemblable à celle de la queüe de l'arbre.

Les deux autres poupées E F doivent auſſi eſtre ouvertes par le haut, avec cette difference, qu'il ſuffit pour la poſterieure qu'elle ſoit ſimplement échancrée en demi rond pour le paſſage de la queüe de l'arbre lors qu'on voudra faire une vis. Mais l'ouverture de l'anterieure doit être ouverte aſsés profon-

culus faciei poſterioris, uti in figura S clarius demonſtratur.

Puppæ poſteriori C *diſcus æneus aut ferreus aptabitur, quatuor aut quinque pollices in diametro latus, & circiter ſemipollicem craſſus. Cujus centrum rotundè perforabitur, ut circa collum clavi* p *qui ipſum ad puppam eſt detenturus, facilè circumagatur. Proximè etiam ad ejus limbum plurima & varia inſtituentur foramina, & ſic diſponenda ut ſingulorum centra exactè in eodem circulo reperiantur.*

In uno illorum foraminum apex aliquis ferreus affigetur ſi in axis cauda fuerit foramen. Si verò ipſius axis cauda fuerit acuminata, unum ex illis acuminibus pro apice caudæ inſerendo aſſumetur. Cætera verò foramina ad normam variarum ſtriarum axis etiam ſtriabuntur. Obſervandum inſuper erit, ut ſingulorum foraminum centra ſic ſtatuantur, ut cùm diſcus ad aliquod deſtinatum foramen circumagetur, foraminis deſtinati centrum centro oculi lunulæ ad amuſſim reſpondeat.

Lunulæ verò iſtius atque diſci praxis hæc eſt. Cùm ſcilicet ſimpliciter in ſuſpenſo tornandum fuerit, cochlidia clavorum lunulam & diſcum detinentium fortiter erunt conſtringenda, ut lunula & diſcus immoti prorſus permaneant. Cùm verò aliquod opus fuerit ſtriandum, tum illud quod placuerit è foraminibus ſtriatis directè centro lunulæ opponetur, & ſtria illa caudæ axis foraminis ſtriæ conformis ad ipſum foramen inſeretur. Quo facto cochlidium 4 *relaxabitur, ut ſtria caudæ axis in ſtria foraminis diſci accedente & recedente lunulâ ipſâ elaſticè & liberè diducatur. Sicque circa opus ſtria incidetur & formabitur conformis & ſimilis ad ſtriam caudæ axis.*

Reliquæ duæ puppæ E F *ad verticem etiam ſunt excavandæ, ſed puppa poſterior minùs quàm anterior, quæ amplo hiatu eſt incidenda, ut axis liberè ad lunulam tum apponatur tum retrahatur. Ad ejus etiam faciem duo debent adjungi aſſerculi canalicii; quorum unus integer* N *aut* q, *alius verò bipartitus* e c *aut* 8. *Inter autem hos aſſerculos canalicios*

licios lunula est collocanda è tribus laminis compacta; quarum una L duplo quàm alia longior existat necesse est, & in medio profundè incisa ad liberè axem extrahendum & reponendum. Ad utrumque etiam ejusdem laminæ medium latus cardulus ferreus & striatus est infigendus ad duas alias laminas M ipsi priori laminæ connectendas. Quæ quidem duæ laminæ M dimidiam tantùm ipsius laminæ L amplitudinem obtinebunt; hiatuque T emarginabuntur angulum rectum efformante, & insuper fissura longa V in media area incidentur, cui cardulus striatus R inseri queat. Hæ duæ tandem laminæ M super laminam L sic diduci debent, ut pro quolibet axe in lunulas possint adaptari. E tribus igitur istis laminis contecta lunula inter duos asserculos canalicios Q Q. 9. est immittenda, & inibi duorum cuneolorum ope firmissimè stabilienda, uti in puppa G aut F demonstratur.

dement & assez large pour pouvoir retirer & remettre l'arbre. On attache au devant de cette poupée deux coulisses, une entiere N, ou 9. & l'autre brisée, ou de deux pieces 8 ou QQ. Ces deux coulisses servent pour y placer une lunette composée de trois platines ou de léton ou de fer, dont l'une L doit être plus longue que large, & ouverte par le milieu pour remettre & retirer l'arbre librement. Elle doit avoir deux petits tourrillons R R. un à chaque côté de l'ouverture, & chaque tourrillon doit avoir l'extremité taraudée, pour par le moyen de deux petites écrouës tenir les deux platines M collées contre la grande L. Ces deux dernieres platines doivent être aussi longues à peu prés que la moitié de la plus grande L. Elles ont un bout échancré en équerre, & le milieu de leur longueur fendu par une ouverture un peu longue & asses large pour y recevoir les deux tourrillons R de la platine L. Ces deux dernieres platines doivent glisser sur la grande, pour qu'en s'approchant ou s'eloignant l'une de l'autre elles puissent servir de lunette à toutes sortes de calibres de differens arbres. La totale lunette estant composée de ces trois platines, on la fera couler dans les deux coulisses Q Q 9. & on l'y tiendra stable & immobile par le moyen de deux petits coins *u. u.* Comme on peut voir dans la poupée G & F.

Puppa tandem posterior H aut E instruenda erit lamina K ænea aut ferrea, septem aut octo pollices longa, pollicem & semis lata, & circiter semipollicem crassa. Quæ etiam variis foraminibus quoad totam suam longitudinem dispertietur pro variis striis efformandis. In ea etiam apex ferreus affigetur pro cauda axis fulcienda. Ipsam porro laminam K clavis ferrea I cochlidii 3 ope ad puppam suam detinebit immotam. Cúmque aliquod è foraminibus ad striam aliquam incidendam erit adhibendum, cautè observandum erit ut centrum ipsius foraminis directè, & præcisè centro lunulæ respondeat.

Pour la garniture de la poupée posterieure, il faut avoir une platine K de léton ou de fer longue de sept à huit pouces, large environ d'un pouce & demi, & épaisse de demi pouce. Elle doit être percée en sa longueur & dans une même ligne pour plusieurs differens pas de vis, & on y attachera aussi une pointe 7 pour l'arbre. On arreste cette platine sur sa poupée E. H par le moyen d'une clef I & d'une écrouë 3, & quand on voudra se servir ou de la pointe ou d'une ouverture pour faire les vis, il faut soigneusement prendre garde que tant la pointe que l'ouverture soit posée directement au devant du centre de la lunette.

CHAPITRE VI.

Deux differentes poupées à lunettes, & un support different.

Planche 9 & 10.

CEs deux poupées à lunettes, & cette maniere de support m'ont paru fort simples & fort commodes pour tourner des ouvrages en l'air. On peut faire le support ou de fer N. M. ou de bois 1, selon la nature du tour, afin que toutes les pieces soient conformes; car si c'est pour un tour de fer, il faudra le support de la même matiere; & si le tour est à jumelles & poupées de bois, il sera aussi plus convenant de faire le support en bois. Si on veut donc construire ce support en bois, il faut que la piece à soûtenir l'outil, ou ce qui est proprement le support, ait environ trois pouces d'épaisseur, quatre pouces de large, & de hauteur conformément à celle de la lunette, mais toûjours en façon qu'elle soit plus basse que le centre de la lunette, pour que l'épaisseur de l'outil y étant appuyé dessus puisse venir presque au niveau du centre de cette lunette. La plante de ce support doit être surtout bien applanie, afin que quand on le serre, il soit bien assis sur sa base H. Le comble ou le dos sur lequel on appuye l'outil en tournant, doit être taillé en talon, pour pouvoir incliner l'outil vers le manche, & le hausser du côté du taillant. Cette même piece sera aussi percée tout outre, depuis le bas du talon jusques à sa plante, pour le passage d'un poinçon de fer F, sur lequel elle doit tourner comme sur un gond, pour la situer en differentes manieres. Et afin que l'écroüe G la puisse mieux serrer, il faut faire une entaille D au bas de ce même talon pour la place de l'écroüe.

Le support de fer M.N. doit avoir sa tige épaisse de quatre à cinq lignes, & large d'environ un pouce & demi. Sa patte sera coudée à l'équerre, & percée pour un poinçon ou pivot. Son dos doit être étendu de chaque côté & courbé de même que le mors d'un étau de serru-


CAPUT VI.

Duæ aliæ puppæ lunulares, & alterum fulcimentum.

Tab. 9 & 10.

SImplices sanè, multumque pro in suspenso liberè tornando accommodæ hæ duæ pupæ, istudque fulcimentum; quod quidem aut è ferro N M si tornus sit ferreus, autè ligno 1 si tornus sit ligneus, fabricandum, ut cuncta sibi invicem conformia statuantur. Si igitur hoc fulcimentum è ligno sit construendum, membrum illud cui immediatè innititur instrumentum tornando, & quod propriè dicitur fulcimentum, *quatuor pollices latum, & tantâ demum pollens altitudine, quantam exigit lunulæ super gemellas altitudo; sic tamen ut centrum ipsius lunulæ paulò magis elevetur, ut cùm instrumentum ipsi fuerit applicatum, acies ipsius instrumenti centro lunulæ adæquetur. Planta etiam ejusdem membri seu fulcimenti, rectè complananda, ut cum super basim suam H collocabitur & annectetur, firmiter super eam statuatur. Culmen etiam, pars illa scilicet cui instrumentum immediatè apponitur in tornando, in tali alicujus speciem est incidendum & efformandum, ut inde instrumentum liberiùs & commodiùs ad manubrii partes inclinetur & ad aciem elevetur. Illud prætereà membrum seu fulcimentum à tali initio usque ad basim transverberabitur, ut immisso axe ferreo F tamquam suo cardine circumquaque diduci possit; utque cochlidio G pressiùs ad basim suam adigatur, areola D ad tali initium excavabitur, ut in ea cochlidium idem collocetur.*

Fulcimentum verò ferreum M. N. hac construendum erit formâ; nempe ut caudex ejus quatuor aut quinque pollices sit crassus, semipollicem circiter latus. Ultima ipsius caudicis extremitas in pedem flectatur ipsi caudici perpendicularem, & ut dein ipse pes perforetur, ut cardini ferreo adponatur. Tandem


fol. 42
pl. 9
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
1
3
6
9
10
11
12
13
14
15
16
17
20



dem dicti fulcimenti culmen in utramque debet distendi partem, & anterius in fornicem incurvari, uti in præsenti figura hujus tabulæ designatur. Basis etiam ejus è ferro construi poterit, & super ipsam basim carduus affigi, cui erigendum fulcimentum, & dein cochlidio stabiliendum cilindraceo tribus aut quatuor foraminibus in circuitu perforato, ut cuspide aliquo ferreo validiùs detorqueri possit.

Puppa etiam R lunulæ Q inserviendæ scapus hiatu amplo 1. 4, *transcindi debet, & ad faciei anterioris calcem margine minui* 1. 5. *juxta lunulæ crassitiem exporrecto, ut cum lunula puppæ applicata fuerit, utriusque facies plane exæquentur. Lunula autem dicta binis asserculis construitur duplo longioribus quàm latis, & pollicem circiter crassis. Utriusque verò asserculi limbus unus ad mediam longitudinem incisura est excavandus recta, & in eam incisuram stannum colandum pro axis chelonio* 13. 13. *formando. Asserculi etiam illi duo adunandi sunt compage ferrea P, cujus pars superior cavo oblongo* 16 *est incidenda, ut dente* 1. 7. *laminæ ferreæ X in ipsum cavum oblongum immisso adigi & firmiter detineri queat. Ideòque lamina hæc ferrea X mobilis est statuenda, ut ope cochleæ & cochlidii ſ ſ superiorem lunulæ partem comprimendo confirmet.*

Puppa tandem 9 ad faciem anteriorem canali est excavãda, & ad latera cavo penitus perfodienda, tum ad lunulas adscititias admittendas, tum ad eas ope cunei lignei 1. 2. *detinendas, & ideo lamina aut ferrea aut ænea in ejus facie applicanda est* 3. 4. *quæ cum canali canalitium* 5 *efformet in quo lunulæ variæ & variarum diametrorum successivè excipiantur.*

rier comme demonstre le profil de la figure. On l'attachera aussi par sa base N, qu'on pourra aussi faire de fer; par un pivot en vis O, & par une écroüe ronde de même que la premiere, & percée tout à l'entour pour la pouvoir serrer par le moyen d'un petit poinçon.

La poupée R qui doit servir pour la lunette à charniere Q, doit être ouverte de devant en arriere 1. 4. & taillée au bas du devant par un petit relais 1. 5. aussi large que la lunette est épaisse, afin que cette lunette étant attachée contre la poupée *d* leur deux faces soient toutes unies. Cette lunette est composée de deux pieces de bois le double plus longues que larges, & épaisses d'environ un pouce. Elles doivent estre échancrées quarrément, pour recevoir les deux collets de léton ou d'estain 13. 13. Il faut les joindre par une charniere P. dont la partie superieure sera ouverte par une petite mortaise 16. afin que la platine X y puisse emboiter sa dent 17. Cette platine X doit être mobile, car elle ne sert que pour bien serrer avec la vis & l'écroüe *f. f.* la partie supperieure de la lunette qui doit être aussi mobile par le moyen de la charniere, afin de la pouvoir ouvrir & fermer quand on veut retirer ou remettre l'arbre. Et afin que la platine X la puisse mieux serrer, son extremité sera apuyée sur un petit coin *a* comme l'on peut voir dans les *fig.* R & V.

La poupée *9* sert pour les lunettes de rapport, elle doit êstre creusée en tout son devant en façon d'un canal comme 8, & ouverte par les cotés par une mortaise 7 pour le passage du coin 12. qui doit servir à serrer la lunette: on appliquera au devant du canal une platine ou de fer ou de léton comme on peut voir en 3 & 4, pour faire la coulisse 5 pour la place des lunettes de rapport 10. & 11. qu'on pourra percer par les deux bouts pour de differens calibres.

CHAPITRE VII.

Un entier aſſortiment de deux différentes poupées, pour tourner en l'air, & pour tailler aisément des vis de toutes groſſeurs, avec un arbre & un ſupport.

Planche 11 *&* 12.

CE dernier aſſortiment pour tourner en l'air & pour le jeu des pas de vis m'ayant trés bien reuſſi dans la pratique par ſa grande commodité, j'en ay voulu monſtrer la maniere. Ceux qui voudront l'executer, la trouveront fort aiſée.

La poupée poſterieure A doit être entierement ouverte par les côtés, ou bien fendue par tout autant de mortaiſes qu'il y aura de pas de vis à l'arbre, afin de placer dans chaque mortaiſe une lunette à charniere faite en façon d'un compas de proportion, telle que la lunette M de la planche ſuivante; car chaque lunette embraſſera ſon pas de vis, en la ſerrant avec deux petits coins; mais il faut reſerrer la premiere mortaiſe pour embraſſer le collet de l'arbre; ou bien on apliquera ſur le devant de la poupée une couliſſe garnie dune platine de léton, comme on peut voir aux deux poupées C & D pour la même lunette du collet de l'arbre, & qu'on ſerrera auſſi avec deux coins de bois, comme demonſtre la même figure D.

Pour la poupée anterieure E. F. elle ne doit être ouverte qu'en haut, du devant en arriere pour le libre paſſage de l'arbre. On y appliquera auſſi au devant une couliſſe garnie de deux platines ouvertes, l'une en devant, l'autre en derriere pour la place du coin qui doit ſerrer le collet anterieur de l'arbre, comme demonſtrent les figures F. G. H

Détail de la planche.

A Poupée poſterieure ouverte par les cotés, & par le devant.

B La même poupée fendue par pluſieurs mortaiſes, ou garnie de plu-

CAPUT VII.

Alter binarum pupparum axis & fulcimenti pro in ſuſpenſo liberè tornando, apparatus.

Tab. 11 & 12.

EXpeditiſſimum huncce apparatum, tam pro in ſuſpenſo tornando, quàm pro ſtriis circa opus formandis feliciter ſemper expertus, ejus methodum & conſtructionem exhibere conſtitui; facillimum & accommodatiſſimum ejus uſum eum adhibentes probaturos certus.

Puppa poſterior A penitus tranſverſim ſcilicet à latere ad latus eſt excavanda, aut in totidem rimas diffindenda, quot lunulis circini proportionum modo efformatis eſt inſtruenda. Quales autem debeant eſſe illæ lunulæ in tabulæ ſubſequentis figura M deſignatur tab. 12. *qualibet illarum lunularum ſtriam caudæ axis ſibi congruentem & adpoſitam cuneolorum duorum ope, dum opus fuerit, eſt amplexura. Quæ verò in priori rimâ collocatur, tantùm pro collo axis deſtinatur; ſin malueris puppæ faciei laminam cupream applicare, quæ canalitium conſtituat (ut in duabus puppis C & D eſt videre) pro illa lunula quæ axis collum eſt amplexura, & duobus cuneolis ligneis aut ſtanneis conſtringenda, uti in eadem figura demonſtratur.*


Quoad puppam anteriorem E F, ad verticem tantum, & à facie ad tergum excavabitur, ut inibi axis liberè tum adponatur, tumque deponatur. Ad ejus etiam faciem anteriorem canalitium adaptabitur duabus laminis ſinuatis conſtructum, ut in eo cunei duo collum anterius axis amplexurī deſingantur, ut figuris F. G. H. exhibetur.


Tabulæ 11. Explanatio.

A Puppa poſterior ad latera & ad faciem excavata.

B Eadem puppa variis rimis diſſiſſa & ſeptis intermediis inſtructa.

C Eadem


Fol. 44
pl. 11
A
B
C
D
E
F
G
H
8
F. C. Plumier Minimus del
Bouchet sculp.



Fol 45
pl. 12
A
a
b
b
B
C
D
G
3
2
H
3
Q
O
M
L
K
R
P
N

C *Eadem puppa canalitio, cui lamina aenea adjuncta, instructa.*
D *Eadem puppa è facie prospecta, & lunulâ duorum cuneolorum ope collum axis complectente, instructa.*
E *Puppa anterior nuda & à facie ad tergum in vertice excavata.*
F *Ejusdem puppæ pars anterior canalitio è duabus laminis sinuatis, duobusque asserculis conflato, instructa.*
G *Eadem puppa è facie prospecta, & canalitio & lunulâ duobus cuneolis adacta instructa.*
H *Ejusdem puppæ à tergo prospectus.*

Tabula hæc duodecima binas tabulæ præcedentis puppas ad opus accinctas, & suis lunulis axis collum & caudam amplexantibus accommodatas, demonstrat. Ne autem axis in tornando à situ suo debito recedendo & accedendo dimoveatur, scotia in ejus collo posteriori excavabitur, quam lunula prima a *duobus cuneolis ligneis adacta complectetur, cùm aliquod opus simpliciter in orbem erit tornandum. Cùm verò in eo stria aliqua erit incidenda cuneoli illi è canalitiis collorum extrahendi, & ad lunulam striæ axis destinatæ respondentem, adponendi; uti in figura* b b *clarè discernitur, in qua lunulam unicam pro striis faciendis accommodam, tantum delineavi, ut distinctiùs machinæ mens appareret.*

Figurarum hujus tabulæ 12 explanatio.

A. B. C. *Axis & puppæ binæ ad tornandum accinctæ.*
D E *Fulcimentum super torni gemellas & ad puppæ anterioris faciem adstans, & retinaculo ferreo F detentum.*
G *Axis ferreus fuso suo ligneo instructus.*
H *Idem axis ferreus nudus.*
22 *Ejusdem axis collum scotia incisum.*
33 *Ejusdem axis collum productum pro striarum accessu & recessu aptum.*
44 *Ejusdem axis cardo striatus cui opera tornanda affiguntur.*
M *Lunula duobus asserculis circini proportionum in modum compacta.*

sieurs cloisons mitoyennes.
C La même poupée garnie sur le devant dune coulisse avec sa platine.
D La même poupée veüe en face, & garnie de sa lunette, qui par le moyen de deux coins serre le collet de l'arbre.
E La poupée anterieure nuë & ouverte par le haut de devant en derriere.
F La même poupée garnie en son devant dune coulisse composée de deux petits liteaux, & de deux platines ouvertes.
G La même poupée veuë en face, & garnie de sa coulisse & de sa lunette serrée par deux petits coins.
H La même poupée veuë par le derriere.

On voit dans cette planche les deux poupées de la planche précedente disposées pour le travail avec l'arbre embrassé de lunettes tant sur le devant que sur le derriere. Or pour tenir cet arbre en raison, afin qu'il n'avance ou qu'il ne recule, il faut que le col de derriere soit creusé en poulie pour être embrassé par la premiere lunette *a*, où on voit que par le moyen de deux coins cette même lunette *a* embrasse le collet posterieur en poulie quand on veut tourner quelque piece, & quand on voudra se servir de quelque pas de vis taillée sur la queüe du même arbre, on tirera les deux coins qui serrẽt le collet, & on s'en servira pour serrer la lunette correspondante au pas de vis, comme on voit sur la même figure *b b*, où je n'ay marqué qu'une seule lunette pour la vis, pour ne pas confondre le dessein.

Détail de toutes les pièces de la planche.

A.B.C L'arbre & les deux poupées pour le travail.
D E Un support arresté sur les jumelles du tour au devant de la poupée anterieure par un long poinçon à marteau F.
G Un arbre de fer garni d'une bobine de bois.
H Le même arbre de fer nud.
22 Le collet en poulie du même arbre.
33. Le collet allongé du même arbre pour le mouvement de la vis.
44 Le tourrillon de même arbre pour y attacher les pieces à tourner.

M Lunette double, à charniere de compas de proportion.

N Patte ou ſemelle du ſupport fenduë en long pour approcher & éloigner le ſupport. Elle eſt percée auſſi par une petite mortaiſe quarrée. *p* Pour y placer un pivot de fer L à téte quarrée pour par le moyen d'un écrou *o* fixer le ſupport ſur la patte.

N Fulcimenti baſis ſeu planta in longum diffiſa, & ſic pro removendo fulcimento ab opere, aut ipſo ad opus admovendo accommoda. Cavitate etiam quadrangulari P inciditur, ut in ea cardo ferreus L & ſtriatus implantetur, ad fulcimentum ſuper baſim ſuam cochlidii ferrei o *ope confirmandum & ſtabiliendum.*

CHAPITRE VIII.

Autre differente maniere de deux poupées pour tourner en l'air.

Planche 10.

JE repreſente dans cette 10e planche un entier aſſortiment pour tourner en l'air, & j'en fais un détail tout particulier, tant par divers profils que par des perſpectives, pour le donner mieux à entendre. Je n'en donneray pourtant aucune meſure déterminée, étant libre à chacun de le faire ou plus grand ou plus petit ſuivant qu'il le trouvera plus commode.

Les figures 4. 6. 7 monſtrent toute la machine aſſemblée, & les autres figures chaque piece en detail. A B c monitrent le profil de la poupée poſterieure, & D E la perſpective de la même poupée. A eſt le profil du côté, B du dos, & *c* le profil de la face. D repreſente la poupée entiere, mais j'ay retranché dans E un des bords, pour en faire voir le dedans. Il faut que cette poupée ſoit ouverte par deſſus & par devant, mais d'une largeur & profondeur aſsés commode pour le jeu de l'arbre & des touches ou coins qui compoſent le clavier des vis. Le dos ſera entierement fermé, mais pourtant percé par une petite mortaiſe quarrée *c*, pour y recevoir le priſme ou parallelepipede. 5. qui pourra ſervir dans le beſoin, & qu'on pourra arreſter avec une vis de bois *d*. Le bord interieur de l'ouverture de devant doit étre entaillé par une petite renure *x* à queüe d'aronde pour ſervir

CAPUT VIII.


Pupparum duarum pro in ſuſpenſo liberè tornando alia diſpoſitio.

Tabula 10.

PUpparum binarum ſimul & axis pro in ſuſpenſo tornando conſtructionem, & omnibus ſuis numeris abſolutum apparatum, hæc tab. 10. *repræſentat. Utque faciliùs omnia intuendo concipi queant, ea ideo variis tum icnographiis tum ſcenographiis adumbravi, nulla tamen certâ partium dimenſione aſſignatâ; cùm cuique liberum ſit cuncta pro arbitratu ſuo diſponere, & conformare.*

Figuræ 4. 6. *&* 7 *totius machinæ partes compoſitas, cæteræ verò ipſas diviſas demonſtrant. In A. B. C puppæ poſterioris icnographiâ, & in D E ejuſdem ſcenographia conſpiciuntur. In A ſcilicet puppæ latus, in B ejus dorſum, & in C facies anterior denotantur. D puppam integram. E verò ipſam in uno margine detruncatam, ut conſtructio interior evidentiùs patefiat. Ad verticem & ad faciem ſic excavanda eſt hæc puppa, ut in ejus excavatura ſufficiens ſit axi & pinnis pinnarium pro cochleis efformandis conſtituentibus, locus. In poſtica verò ejuſdem puppæ parte (quæ & omnino occludenda) valvula perforabitur quadrata* c, *ut in ea tigillus ſeu parallelepipedum* 5 *inſeratur, in eáque cochlea lignea ope detineatur. At ad limbum interiorem aperturæ interioris ſulcus pro lunulæ R canalitio exarabitur; & ad ejuſdem limbi latus plurima incidentur oblonga foramina* a. a. a. *ſingulis axis ſtriis reſpondentia. His denique ſingulis oblongis foraminibus* a. a. a.

aſſerculi


Fol. 46 42
pl. 10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
1
2
3
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
16
17
18

asserculi lignei I immittentur, ad unam extremitatem clavulo detenti, ad aliam verò mobiles, ut liberè cuneolo ligneo 2 ad axis strias, striis insculpendi adigantur, & sic cochlidiorum vicem impleturi. Vbi verò illos immediatè axis striæ sunt insculpturæ, sinus excavabitur, ut amplior sit striis locus. Illorum etiam singulæ extremitates mobiles paulisper rotundabuntur, ut liberiùs cuneolus ligneus 2 ad ipsos contra strias adigendos penetrare possit.

Tigellulum ferreum exhibent figuræ F & G duobus clavulis striatis intra canaliculum u *affigendum, uti in figura 13 demonstratur. Hujus autem tigelluli caput æqualiter quadrangulum, & in summo vertice cardinem striatum deferens, ut in eo cardine foramina quadrangula* n *laminæ ferreæ L committantur, & inibi ipsa lamina ferrea L cochlidiorum 1.6. ope firmiter detineatur. Quæ quidem lamina ferrea L eam obtinebit longitudinem quam puppa latitudinem. Ejus etiam tum latitudo tum crassities tantæ erunt quantas commoditas & validitas requirunt. Hujus quoque mediæ longitudinis area rotundè perforabitur, & ibidem alia laminula quadrata I clavulis adaptabitur sinu satis profundo in hemiciclum desinente, & in marginibus angulatim excavata, ad chelonium cochlidii M cum tessellulo K sibi sociato, formandum. Cochlidii verò hujus usus & officium proprium est, ut chelonium N dum ad caudam ejus striatam circumagitur, intra canaliculum* d *lunulæ R retrahat aut demittat. Chelonium itaque N dum cochlidio M deprimitur, collum axis adigit ipsum complectendo, ideóque illud collum scotiâ est excavandum, ne ipse axis à statu & situ debito, in tornando dimoveatur. Cùm verò circa aliquod opus stria erit incidenda, chelonium N aut V cochlidii ejusdem M ope elevabitur, ut axis liberè per foramen* m *lunulæ R moveatur. Cujus lunulæ R utraque latera declivia erunt & angulata, ut intra canaliculum etiam angulatum X puppæ D aut E faciliùs diducatur. Quòd verò diameter foraminis* m *lunulæ R, axis ipsius diametro exactè respondeat, ita ut ab omni vacillatione sit prorsus immunis, nulla necessitas cogit. Sed ut ipsum liberè subeat suffi-*

de coulisse à la lunette R, & les deux côtés seront percés d'outre en outre par des mortaises *a a a* correspondantes chacune à chaque pas de vis de l'arbre. On enchassera tout autravers de ces mortaises *a.a.a.* des tablettes, ou coins de bois I. qu'on arrêtera par un bout avec une cheville de fer; mais elles seront mobiles de l'autre pour les pouvoir hausser & abaisser librement avec un petit coin de bois 2 contre le pas de vis de l'arbre pour les faire servir d'écrouë. Ces coins ou tablettes I doivent toucher aux pas de vis, afin que la vis puisse mieux prendre son assiette, & on les arrondira tant soit peu par devant, afin que le coin 2 y ait son entrée plus libre.

La figure F. & G represente une piece de fer qui doit être enchassée & attachée dans la rénure *u* avec deux bonnes vis, comme on peut voir dans la figure 13. Sa teste sera quarrée & surmontée d'une vis pour y attacher avec deux écroües 16.16. la platine de fer L par les trous quarrés *n. n.* Cette platine doit être aussi longue que la poupée A est large en *c*, & large & épaisse à proportion de sa longueur, afin qu'elle en soit plus forte. On attachera sur son milieu, qui sera percé entravers par un trou rond L, une autre platine quarrée I qu'on échancrera en rond & en talu, pour servir de collet, & arrester l'écrou M conjointement avec la piece K, comme il est marqué par *t* dans la figure T V X. Cette écroü M servira pour hausser & abaisser une autre collet N par sa queüe en vis *y* dans la coulisse *d* de la lunette R, comme on peut voir dans la même figure T. V. X. Ce collet N ou V doit serrer en abaissant avec l'écroü M le col de l'arbre 7, qui doit être creusé en poulie; & ce pour tenir en raison l'arbre quand on tournera simplement en rond; mais on haussera ce collet N ou V avec la même écroü M quand on voudra faire la vis, afin que l'arbre soit libre pour avancer ou pour reculer par la lumiere *m* de la lunette R, qui aura ses bords taillés en biseau pour glisser plus aisement dans la coulisse à queüe d'aronde X de la poupée D ou E. Il n'est pas nécessaire que la lumiere ronde *m* de la lunette R soit d'une justesse éxacte pour recevoir l'arbre 7., il suffit que l'ar-

bre

bre y puisse entrer gayement, puisque le coin 2 serrant la planchette contre le pas de la vis empeche que l'arbre ne badine.

La poupée du devant, ou l'anterieure *b*, doit avoir la teste percée tout au travers, comme on peut voir par les figures 12 & 13. Le dedans de cette ouverture aura dans chaque côté proche le bord du devant une rénure quarrée pour servir de coulisse à la lunette ou collet 17 & 18. Les deux cotés de dehors seront aussi entaillés vis à vis de cette rénure par deux autres petites rénures pour y attacher, & y enchasser dedans avec deux vis, comme en 3, une piece de fer 11 garnie d'un tourrillon en vis, qui servira pour arréter la platine 10, dont le milieu sera taraudé pour la vis 14, afin de serrer l'arbre 7 avec le collet 17 18. Et afin que l'ébranlement du tour ne fasse relâcher cette vis 14, il est fort bon de la tenir en raison, en la serrant contre la platine 10, avec un écroüe à oreillons 15, comme on peut voir dans la figure 6. J'ai ouvert un des trous de la platine 10, afin qu'en desserrant tant soit peu une des écrouës 21, on puisse la mouvoir sur l'autre tourrillon, en maniere qu'on puisse retirer librement l'arbre de dessus les poupées.

On peut se passer de la maniere T V X en se servant de cette derniere methode; mais il faut que le premier des coins 1 de la poupée 4 serve de collet au col de l'arbre à la place du collet N ou V. Les figures *o. p. q. s.* 3.9 & 8 sont les plans & les profils de ces deux poupées & lunettes.

cit, cùm cuneolus ligneus 2 asserculum 1 ad strias adigendo, ipsum in motu suo satis confirmet.

Puppæ anterioris b *caput penitus est excavandum, uti in figuris 12 & 13 conspicitur, intráque limbum interiorem hujus excavaturæ canalitium exarandum, cui lunula 17 aut 18 immittenda. Canalitiis verò istis interioribus opposita alia incidentur canalitia ad limbos exteriores, ut in eis tigelluli ferrei 11 clavis striatis affigantur pro recipienda lamina 10 ad usum jam explicatum destinata. Neve nimia torni in tornando commotione cauda striata 14 tandem à debita pressione deficiat, cochlidio aurito 15 erit fortiter cohibenda, uti demonstratur figura 6. Vnum verò è laminæ 10 foraminibus ut ab uno latere sit omnino patens ideo statui ut liberiùs circa oppositum cardinem revoluta, axis ad puppas admoveri, & ab iisdem etiam removeri possit.*

Vltima tandem hæc methodus, primâ neglectâ TVX, satis commodè poterit adhiberi, sed cuneo primo 1 puppæ 4 in chelonium colli axis loco chelonii N aut V admoto. Figuris o. p. q. s. 3 9 *& 8 icnographia pupparum & lunularum hujus tabulæ demonstrantur.*





TROISIÉME PARTIE DU TOUR FIGURÉ.

Pars Tertia.

DE TORNO FIGURIS INSTRUCTO.

CAPUT PRIMUM.

Torni, machinarúmque pro operibus figuratis constructio.

Tabula 13.

VAriis jam pro simplici tornandi modo demonstratis puppis, lunulis & fulcimentis, exhibendæ mox veniunt in sequentibus tabulis variæ machinæ pro elegantioribus, &, ut aiũt, figuratis operibus formandis inventæ. Opera autem hæc ideo figurata dicuntur, quia angulosa, multilatera, aut ovata, machinis & instrumentis ad id aptis tornantur; non quia figura aut forma aliqua v. g. humani vultus effigies in his insculpatur. Quod quidem an fieri possit, quidam & ingeniosi satis adstruunt, & methodum ipsam scipsos etiam callere profitentur. Id ego non inficior, miror magis inventum curiosissimum. Fatebor tamen ritè examinatam pro tali opere conficiendo mihi exhibitam machinam, multò laboriosiorem quàm utilem, aut saltem pro rudi tantùm & informi formâ insculpendâ idoneam, me judicasse & reperisse. Quî enim fieri queat? acutissimo apice, potissimo hujus machinæ instrumento, unitam & lineamentis circularibus immunem & detersam formari posse imaginem aut figuram. Quanta autem insit in hoc opere difficultas, ut clariùs innotescat, machinam

CHAPITRE PREMIER.

De la disposition du Tour, & des machines propres à tourner en figure.

Planche 13.

APrés avoir demonstré plusieurs differentes dispositions d'arbres, de lunettes, de poupées, & de supports pour tourner simplement en rond, je propose dans les planches suivantes plusieurs manieres de machines propres pour executer les plus curieuses pieces du tour, ou, comme l'on dit, pour Tourner en figure. On entend par ce mot Tourner en figure tourner à pans, à goderon & en ovale; par ce qu'un simple tour ne peut tourner qu'en rond, mais on n'entend pas par ce mot de tourner en figure, tourner le portrait par exemple d'un homme; ce que pourtant quelques trés habiles tourneurs assurent être fort facile; & se vantent même d'en savoir le secret. J'advoüe que de tous les traits du tour celuici m'a toujours paru trés curieux; mais aprés avoir bien examiné la machine qu'on m'a montrée, & voulu faire entendre être propre à ce faire, j'ay jugé que ce n'estoit qu'une imagination, & que tout au plus

 on ne

quales illi tori in basi columnæ Doricæ constituti. Majoris tamen venustatis causâ illis paulò provectior poterit tribui excedentia, sicuti & cavitatibus rotundatis scotiis scilicet & echinis recessus profundiores quàm semicirculi aut quadrantes. Potissimùm si tales cavitates fuerint simplices, nempe unico aut quadrante aut semicirculo formatæ. Nam si anaglypti cujusdam natura duobus quadrantibus, aut uno quadrante & uno semicirculo formari postularet, tum illi duo quadrantes integri adhibentur, sicut & semicirculus integer integro quadranti jungetur. Excipies tamen scotias quasdam in talum projectas, echinos etiam quosdam & cavitates, quæ aut semicirculo integro & semi quadrante majoris diametri formari poterunt, uti collum vasis illius in præsenti tabula delineati, aut duobus arcubus ejusdem diametri circa unum latus alicujus trianguli æquilateri descriptis. Qualiter demonstrantur cavitate productâ, Doucine allongée, *& cavitate quadratâ*, Doucine quarrée, *in eadem tabula appositis. Eminentiæ verò quadratæ aut rectæ, tæniæ scilicet regulæque his tantâ projecturâ tribui poterit quantâ ipsarum altitudo inest aut latitudo. Si tamen paulò essent latiores, projectura dimidium tunc erit latitudinis. Illis verò scilicet tæniis nulla certa potest assignari projectura. Hanc ipse tornator pro libitu adstruet; sicuti & eminentiarum acuminatarum seu angulatarum. Quibus tamen illam projectionem ipsemet impertiri soleo, qualem duo arcus circuli circa duo latera unius trianguli æquilateri, descripti formarent, dato quòd altitudo projecturæ seu anaglypti acuminati æqualis sit uni lateri ipsius trianguli æquilateri.*

His tandem paucis satisfieri existimo pro anaglyptis rectè ordinandis. Plura etenim ampliorâque edisserere velle infinitus propemodum processus. Ut tamen curiosis utcumque obsequar, toreumata quædam ad calcem libri adposui, multis ut puto aliis conficiendis profutura. Quorum alia ipse ego excogitavi, alia verò & plura Illustrissimus D. De Servieres Nobilis Lugdunensi, sejusque

dignissi

dignissimus filius D. apud Saviniacum Proto-Prior. Quorum quidem musæa innumeris ferè stupendisque exornantur ac replentur torno fabrefactis. His tandem quædam anaglypta elementaria ipsorúmque terminos, ut meliùs conciperentur in tabula 61 adjunxi.

profils pourront servir de modéle à bien d'autres. Il y en a quelques-unes de mon invention ; mais la plûpart sont du genie & de la main de feu l'Illustre Monsieur de Servieres Gentil-homme de Lyon, & de Monsieur son fils Grand-Prieur de Savigni, dont les Cabinets qu'on peut conter parmi les plus curieux de l'Europe, sont ornez de quantité d'autres piéces de tour, d'une invention & execution surprenante. J'y ai encore ajoûté les moulures élementaires pour les donner mieux à comprendre, & pour en expliquer les termes, tels qu'on pourra voir dans la planche 61.





SEPTIEME PARTIE.

DES TOURS PORTATIFS,

EN BOIS OU EN FER.

Pars septima.

DE TORNIS TRANSLATITIIS,

FERREIS AUT LIGNEIS.

CHAPITRE PREMIER.

Tour d'Horloger.

Planche 49 50 *&* 51.

ON appelle *Tours portatifs* ou *Tours d'Horloger*, ces sortes de tours qu'on peut transporter facilement d'un lieu à un autre, & les poser ou attacher sur quelque banc ou sur quelque table à la maniere d'un étau, tel que celuy que je represente dans les deux planches suivantes, dont la premiere fait voir toutes les pieces qui les composent en détail, & la seconde toutes ces pieces assemblées, & tout le tour monté sur un banc en état de travailler. L'échelle de dix pouces marquée au bas de la premiere planche, montre les dimensions de toutes les pieces qui composent ce tour. Il est pourtant libre à chacun de les faire ou plus grandes ou plus petites.

La principale piéce de ce tour est une barre de léton ou de fer d'environ vingt pouces de long; d'un pouce de large, & d'environ neuf lignes d'épaisseur. Son dos est taillé en chamfrain ou biseau, afin que les poupées y tiennent plus fermes & plus assurées, la barre

CAPUT PRIMUM.


Horlogiariorum Tornus.

Tabula 49 50 & 51.



TRanslatitios *seu* horologiariorum tornos, *illos dicimus, qui nempe facilè de loco in locum traducti, forcipis ferrariæ in modum supra mensas, scamnos, ac pluteos adponuntur. Qualis in his duabus sequentibus tabulis* 49 *&* 50 *exhibetur. Quarum prima singulas torni istiusmodi partes separatas, altera verò eas singulas aggregatas, totum denique tornum ad opus accinctum commonstrat. Partium autem singularum mensuras scala decem pollicum ad calcem primæ tabulæ apposita designat, licet majori aut minori volumine possit fabricari tornus.*

Hujusce torni membrum præcipuum, longurius seu vectis est ferreus aut æneus viginti pollices circiter longus, pollicem latus, & novem uncias crassus; cujus dorsum in angulos exscinditur pro firmiori pupparum statu, dum longurius seu vectis ipse per cochleas puppis ipsis affixas adigitur. Quæli


fol 139
pl. 49
A
B
C
D
H
E
F
C
HH
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
XX
a
b
c
d
e
f
9
6
7
8
9
xx
h
I
K
rr
l
m
n
o
p
ss
5
q
s
r
t
u
x
1
2
3
4
10
20 pouces

libet verò illarum pupparum duplici accommodari potest usui; scilicet tam pro inter apices, quàm pro liberè in suspenso tornando.

étant presfée par les vis qui les tiennent. Chaque poupée sert à deux usages; ou pour tourner en l'air, ou pour tourner entre deux pointes.

Singularum hujusce torni partium explanatio.

Détail de toutes les piéces qui composent ce tour.

A Pupparum longitudo & latitudo seu altitudo.
B Earumdem pupparum crassities.
C Unius pupparum prospectus.
D Lunulæ fibula.
E G Lunulæ chelonium.
F Fibulæ prospectus.
H Fibulæ cochleolà pro comprimendis cheloniis inserviens.
HH Longitudo & latitudo cujusdam exiguæ puppæ seu fibulæ fulcimentum detinentis.
I Ejusdem exiguæ puppæ seu fibulæ crassities & latitudo.
K Ejusdem exiguæ puppæ seu fibulæ prospectus.
L Styli quadrilateri diagraphia, ad caput suum fulcimentum deferentis.
M Ejusdem styli quadrilateri & capitati prospectus.
N Facies fulcimenti cujus stylus teres capiti alterius styli M inseritur.
O Ejusdem fulcimenti diagraphia.
P Ejusdem fulcimenti prospectus.
Q R S Latitudo, crassities & prospectus tigelluli cujusdam fulcimentum pro strictè tornando deferentis.
T Cochleolæ fulcimentum P intra scapuli M caput debito situ collocatum cohibens.
V Brachiolum ferreum quadrilaterum puppis affigendum & tigellulum Q R S delaturum.
X Ejusdem brachioli ferrei prospectus.
XX Axis succulâ suâ instructus.
a b *Bini torni cnodaces.*
c *Capsulæ assulas pro striis formandis continentis diagraphia.*
d *Ejusdem capsulæ icnographia.*
f *Assularum crassities.*
g *Earumdem assularum latitudo.*

A Largeur, longueur & hauteur des poupées.
B Epaisseur des poupées.
C Une poupée vûë en perspective.
D Piéce de fermeture pour la lunette.
E G Collet de la lunette.
F Piéce de fermeture en perspective.
H Vis pour la piéce de fermeture. Cette vis sert à serrer les collets.
H H Largeur & longueur d'une petite poupée ou clef pour le support.
I Epaisseur & largeur de cette même poupée ou clef.
K Cette même poupée ou clef en perspective.
L Profil d'un poinçon quarré à la tête duquel se met le support.
M Ce même poinçon en perspective.
N Face du support dont la queüe entre dans l'ouverture de la tête du poinçon M.
O Profil de ce support.
P Le suport en perspective.
Q R S Largeur, épaisseur & perspective d'une coulisse pour le support, quand on tourne entre les deux pointes.
T Vis qui arrête le suport P dans la tête du poinçon M selon la situation qu'on lui donne.
V Petit bras de fer quarré qui s'attache par sa vis dans l'épaisseur des poupées, & qui suporte la coulisse Q R S.
X Perspective de ce même bras.
X X L'arbre du tour garni de sa bobine.
a b Les deux pointes du tour.
c Profil de la coulisse pour le registre à faire la vis.
d Largeur & hauteur de ce même registre.
f Epaisseur des reglets pour le registre.
g Largeur de ce même reglet.

 h Le re-

h Le regiſtre en perſpective vû par le devant.

i Le même regiſtre vû en perſpective du côté qui s'attache à la poupée par ſon tenon en vis.

K Cette même caiſſe vüe du côté opposé.

L Plan de l'arbre, des deux poupées, & du regiſtre aſſemblés.

M Profil de la poupée & du regiſtre qui luy eſt attaché.

n Perſpective de la tige qui porte la barre du tour, & qu'on attache contre un banc ou une table par une bonne vis teſtue *x*.

o Le devant de cette même tige. On attache dans un canal *o o* creuſé dans ſa tête, la barre du tour par deux bonnes vis.

5 Poinçon de fer qui traverſe les reglets du regiſtre.

q Arc d'acier.

r Bobine pour la corde tant du tour que de l'arc.

t Platine ronde de léton qu'on aplique à chaque côté de là bobine, pour empécher que la corde du tour ne s'échape.

s L'anneau de fer qui ſert à tenir l'arc attaché ſur la fléche.

6 Cette fleche en perſpective.

7 Le devant de cette fleche.

8. Profil, épaiſſeur & hauteur de la même fleche. Dont le tenon *rr* doit entrer dans la mortaiſe quarrée *ss* de la tige *o*, laquelle doit étre arrêtée par une bonne écrouë 9.

u La bobine de la corde de l'arc en perſpective & garnie de ſes deux platines.

4 La même bobine nuë.

La corde de l'arc doit étre composée de quatre branches ou cordons qui traverſent cette bobine en quatre endroits differens, & également diſtans l'un de l'autre. Il faut que ces quatre branches ou cordons ſoient bien bandés, afin que le reſſort qu'elles font en ſe détortillant par le retour de la corde du tour, en ſoit plus vigoureux. On en verra la diſpoſition & de tout le tour monté & aſſemblé dans la planche ſuivante; où j'ay repreſenté toutes les piéces qui le compoſent aſſemblées, & toutes diſposées en état de travail dans la premiére figure A. C'eſt dans cette situation qu'on voit la diſ-

h *Capſulæ aſſulis inſtructa è fronte proſpectus.*

i *Ejuſdem capſulæ è regione quâ puppæ per fibulam ſuam cochleatam affigitur, proſpectus.*

k *Ejuſdem puppæ oppoſito ſitu proſpectus.*

l *Ichnographia axis, pupparum & capſulæ aſſulis inſtructæ.*

m *Puppæ & capſulæ ipſi adhærentis diagraphia.*

n *Scapi longurium torni deferentis proſpectus. Hic autem ſcapus ad pluteum ſeu ad quamdam tabulam coclea validæ & capitatæ* x *ope affigitur.*

o *Ejuſdem ſcapi facies. Intra canaliculum ad caput hujus ſcapi excavatum longurius torni adponitur, in eoque duabus validis cochleis adfirmatur.*

5 *Stylus ferreus aſſulas in capſula contentas trajiciens.*

q *Arcus chalybeus.*

r *Tympanum arcus chordam & torni funiculum deferens.*

t *Lamina orbicularis cuilibet tympani extremitati affigenda ne funiculus torni extra tympanum dilabatur, prohibens.*

ſ *Annulus ſeu fibula ferrea arcum fulcro alligatum detinens.*

6 *Fulcri arcum ſuſtinentis proſpectus.*

7 *Ejuſdem fulcri pars anterior.*


8 *Ejuſdem fulcri craſſities & altitudo. Hujus verò fulcri cardo* r r *intra cavum quadratum* ſ ſ *ſcapi* o *immittitur, & valido cochlidio* q *ibidem affirmatur.*


u *Tympani chordam arcus deferentis & laminis utrinque inſtructæ proſpectus.*

4 *Idem tympanum nudum.*

Chorda autem tympano adaptanda è quatuor reſticulis ſeu funiculis conſtruitur tympanum ipſum per quatuor diverſa foramina æqualiter diſtantia trajicientibus. Validè etiam intendendi ſunt dicti funiculi, ut dum torni ipſius funiculus ab ipſo arcu retrahitur, validiorem præſtent elaſticam virtutem. Tympani hujus totiúſque torni conſtructionem integram tabula ſubſequens nempè 50 demonſtrabit in prima figura A. Quo ſitu tota axis, capſulæ aſſulas pro ſtriis formandis continentis, & fulcimenti eidem axi accommodati diſpoſitio ſeu ordinatio clariùs apparebit. Secunda autem figura B pupparum ſtatum cùm ſtrictè ſeu inter enodaces tornandum fuerit, oſtendit.

Figura


fol.140
pl.50
A 1 figure
B
2 figure
3 figure
C



fol.141
pl.51
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V

Figura tandem tertia c formam fulcimenti pro inter cnodaces tornando, destinati & tigellulis suis sustentati commonstrat. Qui tigelluli super sua brachiola removeri aut admoveri poterant cochleolisque confirmari, sicut & ipsum fulcimentum cochleolis etiam confirmatur.

position de l'arbre, du registre & du suport pour le même arbre. On voit dans la seconde figure B, *planche* 50, la disposition des poupées pour quand on veut tourner entre les deux pointes. Enfin dans la troisiéme C on voit le support destiné pour tourner entre les deux pointes, posé sur ses deux coulisses, lesquelles on peut avancer ou reculer sur leurs bras, & les y arrester par des vis, de même que le suport ou la regle.

Alterius torni translatitii constructio.

Hujusce torni, praecedentisque eadem & similis ferè constructio. Excepto quòd hic praesens ligneus sit, binisque brachiis diffisis ad pluteum aliquem adjungatur. Puppa etiam ipsius binis stylis ferreis trajiciuntur, circa quos tamquam circa cardines hinc indè seu lunulâ, seu cnodacibus sit utendum, convertuntur. Nullam etiam mensuram partium determinatam adposui, neque abacum assularum pro striis formandis, cùm similis in tabulis praecedentibus contento, illi adaptari poterit, cunctáque membra majori aut minori mole formari.

Dessein d'un autre tour portatif.

La construction & l'esprit de ce tour sont presque les mêmes que ceux du précedent, à la reserve que celuy cy est entierement composé de bois, qu'il s'attache par deux bras fendus, sur une table, & que ses deux poupées sont traversées par deux poinçons de fer, sur lesquels elles peuvent tourner de droite à gauche, ou de gauche à droitte, selon qu'on a besoin, ou des pointes ou de la lunette. Je n'y ay point assigné de mesures, ny mis de registre pour faire les vis. On peut y en ajouster un de la même construction que celuy du tour precedent. Et chacun peut faire le tour aussi grand & aussi petit qu'il le jugera convenable.

Singularum hujusce torni partium explanatio.

- *A Gemellarum duobus brachiis conjugatarum icnographia.*
- *B Earumdem gemellarum & brachiorum diagraphia.*
- *C Pupparum longitudo & latitudo.*
- *D Pupparum crassities.*
- *E Unius è gemellis prospectus ostendens canaliculum quem transcurrit caput styli L, sicuti & cava quibus brachiorum cardines inseruntur.*
- *F Unius è puppis prospectus.*
- *G Gemellarum super bina brachia conjugatarum prospectus.*
- *H Unius è brachiis prospectus.*
- *I Clavus ferreus brachia pluteum confirmans.*
- *L Clavus alius, seu stylus ferreus, cujus caput intra canaliculum gemellarum decurrit, ut duae puppae ab invicem admoveri queant, & in statu deter-*

Détail des pieces de ce tour.

- A Plan des deux jumelles du tour attachées sur ses deux bras.
- B Profil des deux jumelles & des bras.
- C Longueur & largeur des poupées.
- D Epaisseur des poupées.
- E Une des jumelles vuë en perspective, où on voit la rénure dans laquelle doit couler la tête plate & quarrée du poinçon L. On y voit aussi les mortaises pour les tenons des bras.
- F Une poupée en perspective.
- G Tout le bout du tour monté sur ses deux bras, en perspective.
- H Un des bras, vu en perspective.
- I Poinçon de fer pour attacher les deux bras sur une table.
- L Autre poinçon de fer, dont la tête platte & quarrée doit glisser dans les rénures des deux jumelles, pour que les deux poupées puissent

sent être aprochées ou éloignées l'une de l'autre, & pour être arrestées en serrant l'écrouë K du méme poinçon L.

minato confirmari cochlidium K ejusdem styli L cohibendo.

M Pointe des poupées du tour.

M Pupparum cnodaces.

N Plante ou base du suport.

N Fulcimenti basis.

O Soubande de fer équarrie, qu'on doit attacher aux coins des poupées pour y faire la place des pointes.

O Canthus ferreus instar gnomonis inflexus, & ad angulos pupparum affigendus pro cnodacibus ipsis detinendis.

P Bras quarré, le long du quel doit glisser la coulisse qui porte le support. Ce bras s'attache par sa vis dans la poupée même.

P Brachiolum quadrilaterum juxta quod tigellulus fulcimentum deferens decurrit. Illud verò brachiolum intra puppam ipsam striâ ipsi propriâ est affigendum.

Q Le suport pour la lunette.

Q Fulcimentum cùm liberè tornatur accommodum.

R Tout le tour monté & assemblé en perspective vû de profil.

R Totius torni ad laborem accincti è laterè prospectus.

S Le même tour monté & assemblé vû de face en perspective.

S Ejusdem torni ad laborem accincti è facie prospectus.

T Coulisse qui doit soutenir le suport des pointes.


T Tigellulus fulcimentum cnodacibus aptum sustinens.

U Une vis à teste aplatie pour serrer la coulisse T contre les bras P.

V Cochlea capitata tigellulum T ad brachium P adigens.



CAP. II


A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n
o
p
q
r
s
t
1
2 pieds
Rousseau inv. Lugd.

CAPUT II.

Torni alterius tranſlatitii deſcriptio.

Tabula 52.

PLuteo adponi etiam poteſt hic tornus, qui omnino ferreus, & à peritiſſimo D. D. Rouſſeau horologiorum opifice, & inclytæ civitatis Lugdunenſis cive adinventus & fabrefactus, quem quia valdè elegans & commodiſſimus, hac in tabula 52 juxta ſingulas ejus dimenſiones exhibere conſtitui.

Singularum hujus torni partium enumeratio & explanatio.

A Ipſum tornum integrum è facie conſpectum, & binis enodacum puppis inſtructum commonſtrat.

B Ejus etiam diagraphiam oſtendit integram cochleámque atque retinaculum, quibus ſuper pluteum detinetur.

C Latitudo, altitudo & longitudo brachiorum puppis affigendorum & regulam longam ferream deferentium, juxta quam regulam fulcimentum appoſitum eſt decurſurum.

D Eorumdem brachiorum craſſities.

E Torni gemellarum ſimul conjugatarum icnographia.

F Longitudo & latitudo laminæ ſeu regulæ ferreæ juxta quàm fulcimentum G decurrit. Tanta autem hujus laminæ ferreæ craſſities ineſſe debet, quantùm cavitas in fulcimento exciſa eſt lata; ita tamen ut idem fulcimentum facilè per ipſam laminam decurrere queat.

G Fulcimenti diagraphia. Illud verò fulcimentum ex ære conficitur, tantiſper in ſummitate fornicatur pro commodiori inſtrumenti collocamento & cavitate transforatur pro regulâ ſeu laminâ ferreâ F excipiendâ. Cochleolâ etiam medium ejus dorſum inſtruitur, quâ ad locum regulæ præfixum detinetur.

CHAPITRE II.

Deſcription d'un autre tour d'Horloger.

Planche 52.

CE tour peut s'attacher comme un étau ſur un banc, ou ſur une table. Il eſt entierement de fer, de l'invention & de la main du ſieur Rouſſeau, tres habile horloger de la ville de Lyon. Sa propreté & ſa commodité m'ont obligé d'en donner le deſſein avec les juſtes dimenſions de toutes les pieces qui le compoſent, & dont voicy le detail entier.

Détail des piéces de ce tour.

A Repreſente le tour entier vû ſeulement de face, & garni de ſes deux poupées à pointe.

B Fait voir auſſi le profil entier, & particulierement de la vis & de la patte qui le tient attaché ſur un banc ou ſur une table.

C Largeur hauteur & longueur des bras pour les poupées & pour une longue regle ou platine de fer, le long de laquelle doit couler le ſuport.

D E'paiſſeur de ces mêmes bras.

E Plan du banc ou des deux jumelles du tour.

F Longueur & largeur d'une lame ou regle de fer, le long de laquelle doit couler le ſupport G. Elle doit être auſſi épaiſſe que la mortaiſe du ſuport eſt large, mais en maniere que le ſupport y puiſſe couler aiſément tout le long.

G Profil du ſupport. C'eſt une piéce de léton un peu voutée ſur le haut pour la commodité de l'outil. Elle eſt percée tout au travers de ſa l'argeur par une mortaiſe pour le paſſage de la regle ou platine de fer F. Elle eſt auſſi garnie dans le milieu de ſa largeur, d'une vis pour être attachée & arreſtée ſur l'endroit de la regle où il en ſera beſoin.

H Largeur & hauteur du support.

I Ce même support en perspective.

K Le derriere d'une poupée à lunette.

L Le devant de la même poupée. La grande ouverture de cette poupée doit être un peu plus large que le diametre des rosettes de l'arbre, afin qu'elle ait un jeu suffisant lors qu'on voudra tourner en figure. Le bord inferieur du devant de cette ouverture sera aussi plus élevé que celuy du derriere, mais de telle hauteur, que le collet de l'arbre s'y apuyant dessus, tout l'arbre soit bien posé horizontalement. La lunette de cette poupée est composée de quatre piéces, y compris le bord inferieur de l'ouverture de la poupée qui sert de jumelle à l'une de ces regles, ou platines, dont deux doivent être échancrées en queuë d'irondelle *d*, & l'autre entierement droitte *c*.

M Est le profil ou épaisseur de cette même poupée. Comme elle doit servir à tourner tant pour le simple rond que pour la figure, la disposition de toutes ces platines y est extremement commode. Car lors qu'on veut s'en servir pour tourner simplement en rond, il faut joindre les deux platines *d* dans les mortaises des côtés de la poupée, en maniere qu'elles embrassent si bien le collet de l'arbre, qu'il ne puisse point vaciller. Et afin qu'elles ne puissent point s'écarter par le mouvement de l'arbre, il faut les bien serrer avec deux petites vis qu'on voit au devant de la poupée. Mais quand c'est pour tourner en figure, on écarte ces deux platines *d* en lâchant les vis qui les serrent, & on ajuste si bien la platine *c* qu'elle soit exactement parallelle au bord inferieur de la grande ouverture de la poupée, & dans la distance du diametre du collet de l'arbre, afin que ce même collet glisse bien également & sans faire aucun badinage en se mouvant de gauche à droitte ou de droitte à gauche. Mais parce que le dit collet peut user par son frottement sur tout

H Altitudo & latitudo fulcimenti.

I Ejusdem fulcimenti prospectus.

K Puppæ lunulam deferentis dorsum.

L Ejusdem puppæ facies. Hiatus autem hujus puppæ, paulò amplior aperiendus est quàm fert diameter rosularum axi apponendarum, ut cum figuranda fuerint opera, sufficiens sit spatium pro axis ipsius dimotione. Limbus etiam inferior partis anterioris ejusdem puppæ paulò magis elevandus est quàm limbus inferior partis posterioris. Tantâ tamen altitudine quantâ sufficit, ut dum collum axis ei superimponitur, totus axis horizontalis existat. Hujus autem puppæ lunula quatuor componitur membris seu regulis, quorum una ipsemet est limbus inferior partis anterioris puppæ conjugationem cum una è tribus aliis regulis formaturus. Harum verò trium regularum binæ d *sinu excavantur rectilineo, reliquâ tandem rectâ & integrâ absque ullo sinu remanente.*

M Diagraphia seu crassities & latus est ejusdem puppæ. Quæ quia tam pro simplicibus quàm figuratis operibus adhibenda est, ideò his laminis ad quodlibet opus commodissimis instruitur. Nam cùm opus simplex tornandum fuerit, tum laminæ d *in cavitatibus laterum puppæ immissæ sic adstruendæ erunt, ut omnino & sine ulla vacillatione collum axis complecti queant. Ne vero axis dimotione concussæ tandem à debito situ dimoveantur, binis cochleolis ad faciem puppæ affixis validè erunt stabiliendæ. Cùm verò figuranda erunt opera, eædem laminæ* d *paulisper sunt dimovendæ cochleolas relaxando. At deinde sic lamina* c *adstruitur, ut accuratissimè parallella limbo inferiori prædicto partis anterioris puppæ constituatur, tantóque intervallo quantùm fert diameter colli axis, ut idem collum liberè & sine ulla vacillatione dimotionem suam intra regulæ & limbi spatium peragat. Quia verò successu temporis usque nimio, tam regula quàm limbus attriti possent excavari (quod summè pro operum perfectâ & accuratâ executione noxium) laminulæ adscititiæ ideo his adjungentur, ut cùm excavatæ colli axis attritione*

tritione & collisione jam fuerint, inde dimoveantur, altaque nova & recta reponantur.

N Facies puppæ posterioris in fronte perforata, & abaco pro striis formandis instructa. (Ibi autem est advertendum calchographi inadvertentiâ seu incuriâ pupparum caudas indebitè sitas, indebitéque striatas in hujus tabulæ delineatione apparere.)

P Eadem puppa abaco suo instructa è latere prospecta.

Q Puppæ anterioris prospectus cavitates quibus laminæ c d *immittuntur ostendens, & cavitates etiam seu rimas quibus fibula* h i *inseritur ad tudiculam* f g *ope cochlidii* e *detinendam.*

R Facies fulcimenti pro operibus liberè tornandis inservientis.

S Ejusdem fulcimenti diagraphia.

T Fibula basim fulcimenti detinens.

V Ejusdem fibulæ diagraphia.

X Ejusdem fulcimenti ad basim suam cochleolâ detenti diagraphia.

a *Longitudo & latitudo elateris dorso puppæ posterioris* N *adaptandi pro accessu & recessu striarum & coronularum formandarum.*

b *Assula lignea abaco adponenda.*

c *Alia assula ligneâ laminulâ æneâ instructa, & lunulæ puppæ* K *partem unam formatura.*

d *Lamina sinuata lunulæ etiam partem pro eadem puppa formans.*

e *Cochlidium pro cauda fibulæ* f.

f *Eadem fibula tudiculam* g *detinens.*

g *Ejusdem tudiculæ diagraphia.*

s'il est de fer, cette regle *c* & le bord inferieur qui luy est opposé en y faisant une petite fossette ou osche, ce qui causeroit de l'irregularité au mouvement de l'arbre. Il est bon de raporter, & à cette regle & au bord inferieur une petite piece de léton enchassée en queuë d'arondelle, afin que lors qu'elle sera usée, on puisse la retirer pour la redresser, ou pour en remettre une autre bien unie & bien droite.

N Face de la poupée de derriere percée & garnie en haut d'une caisse de léton pour le registre des pas de vis. Remarquez que les queuës de ces poupées ont été mal situées par la faute du graveur, qui a aussi designé les pas de vis de ces mêmes queuës de gauche à droitte; au lieu qu'elles devroient être de la droite à la gauche.

O Profil de la même poupée de derriere garnie de sa caisse pour le registre.

P Cette méme poupée garnie de sa caisse en perspective.

Q Poupée du devant en perspective; où on voit les mortaises pour les regles ou platines *c d*, & les mortaises pour la clef *h i* qui sert à retenir la rencontre ou touche *f g* par le moyen de l'écrouë *e*.

R Face ou devant d'un suport pour tourner en lair.

S Profil de ce même support.

T Clef pour retenir la base ou patte de ce méme suport.

V Profil de cette méme clef.

X Profil de ce meme suport attaché avec une vis sur sa base.

a Longueur & largeur d'un ressort qu'on doit attacher au dos de la poupée N, pour le renvoy de la vis du rampant & de la couronne.

b Reglet de bois pour le registre de la caisse.

c Autre réglet de bois garni d'une petite piece de léton pour la lunette de la grande poupée K.

d Platine échancrée en queuë d'aronde pour la même lunette.

e Ecroüe de la queuë de la clef *f*.

f Cette clef, ou agraffe en perspective tenant la rencontre ou touche *g*.


g Profil de la même touche,


b La même clef ou agraffe en perspective.
i Plan de la méme agraffe ou clef.
k Ecusson ou platine de fer percée pour servir à bien serrer les poupées sur le banc par le moyen des écroües qui frottent immediatement sur cette platine ou écusson.
l Profil de l'épaisseur & largeur de ce méme écusson.
m Profil de la longueur de ce méme écusson.
n Profil de tout le tour garni de son arbre & des deux poupées propres à tourner en l'air, & en figure.
o Longueur & hauteur d'un support pour tourner en figure.
p Profil de ce méme suport.
q Profil d'un arbre garni de quelques rosettes.
r Hauteur & largeur d'un ressort qu'on doit attacher au devant de la grande poupée *l* pour contrebutter l'arbre dans le mouvement des figures.
s Le suport pour les figures en perspective.
t Profil du méme ressort.

h *Ejusdem fibulæ prospectus.*
i *Ejusdem fibulæ icnographia.*
k *Scutum ferreum pro validiori pupparum confirmatione inserviens.*
l *Ejusdem scuti ferrei crassities & latitudo.*
m *Ejusdem scuti ferrei longitudo.*
n *Totius torni axe & puppis ad opera figuranda accommodis, instructi diagraphia.*
o *Fulcimenti ad opera figurandæ accommodi longitudo & latitudo.*
p *Ejusdem fulcimenti diagraphia.*
q *Axis rosulis instructi diagraphia.*
r *Latitudo & longitudo elateris adaptandi ad faciem puppæ anterioris & majoris L pro axis contranitentia in dimotione rosularum.*
s *Fulcimenti pro operibus figurandis accommodi prospectus.*
t *Elateris crassities & diagraphia.*



CAP. III.




A
fol. 147
B
pl. 53.
C
D
E
a
b
F
G
c
H
I
I
K
L
M
N
N
O
P
Q
R
S
V
T
X
XX

CAPUT III.

Tornus alter translatitius.

Tab. 53. 54 & 55.

Tornum huncce mente excogitavit, atque etiam manu suâ ipse limavit Clarissimus D. Abbas Forcet, liberalium artium & machinarum liberrimus & elegantissimus adinventor & operarius. Talis tornus binis adstruitur gemellis super binos scapos pluteo adponendos conjugatis. Ejus autem torni usus pro delicatioribus tantùm operibus destinatur, qualia sunt illa arenaria horologiola, atque portatilium horologiolorum rotulæ, aliáque hujus generis minutiora fabrefacta. Quem ideò tornum ut clariùs & faciliùs demonstrarem, duabus in tabulis 53 & 54 delineavi. Quarum prima 53 singulas ejus partes ab invicem separatas demonstrat; altera verò 54, totum tornum omnibus suis partibus adstructum, & ad opus ipsum accinctum ostendit.

Singularum partium in prima tabula 53 contentarum explanatio.

A *Binarum gemellarum cardini unius scapi conjugatarum, & ipsius scapi diagraphia.*

B *Longitudo & latitudo gemellarum, simul & scaporum binorum crassities.*

C *Scapi unius prospectus.*

D *Puppa unius cnodace quadrangulari cochleolæ ope firmato instructæ prospectus.*

E *Fibula pro cochlidio* a *turriculæ* b *ejusdem puppæ cohibendo.*

F *Alia puppa cnodace striato & cochlidii unius ope ad puppam ipsam firmato instructa. Ille verò cnodax ideo in striam inciditur, ut coactus opus tornandum aut ipsum axem vacillantem confirmet. Neve autem ipse cnodax striatus semel coactus iterum laboris commotione retrogrediatur, cochlidio ad ipsam puppam firmiter cohibendus est.*

G *Binæ gemellæ binis scapis conjugatæ in longum prospectæ.*

CHAPITRE III.

Autre tour d'Horloger.

Planche 53. 54 & 55.

LA composition & disposition de ce tour est de l'invention & façon de Monsieur l'Abbé Forcet. Il est composé de deux jumelles de fer jointes ensemble sur les tenons de deux tiges; qu'on attache sur un banc ou sur une table à la maniere de la tige d'un étau. Son usage n'est que pour des piéces delicates, telles que sont garnitures de sabliers; rouës d'horloges de poche, & autres pieces de cette nature. Pour le donner mieux à comprendre je l'ay dessiné aussi en deux planches; dont la premiere monstre le détail de toutes les piéces qui le composent, & la seconde toutes ces piéces assemblées, & tout le tour en état de travail.

Détail de toutes les pieces de la premiére planche 53.

A Profil des deux jumelles attachées au tenon d'une tige, ensemble le profil de cette tige.

B Longeur & largeur des jumelles & l'épaisseur des deux tiges.

C Une tige en perspective.

D Une des poupées du tour en perspective, & garnie d'une pointe quarrée qu'on arrête par le moyen d'une vis.

E C'est pour l'écrou *a* du tourrillon *b* de la méme poupée.

F Une autre poupée avec une pointe en vis qu'on arreste derriere la poupée avec un écrou. O fait cette pointe en vis pour pouvoir l'avancer, & par ce moyen serrer la piéce à tourner ou l'arbre du tour lorsqu'ils font du badinage; & affin que quand on l'aura une fois presée, la force du travail ne la face pas reculer, on serre bien son écrou par derriere la poupée.

G Les deux jumelles attachées sur les deux tiges en perspective.

H Poinçon quarré pour le suport L, dont la queuë doit entrer dans la tête de ce poinçon, où elle est arrêtée par une vis *c* à tête quarreé.

I Les deux collets pour la lunette de la poupée R.

K L'arbre du tour garni de sa bobine.

L Suport de fer.

M Profil de ce même suport.

NN Deux becs de fer fendus pour soutenir une regle aussi de fer, qui est proprement le suport quand on tourne entre les deux pointes.

O Face d'une poupée à lunette.

P Profil de cette méme poupée à lunette.

Q La méme lunette en perspective sans piece de fermeture.

R La méme poupée à lunette garnie de sa lunette & de sa piece de fermeture

S Piece de fermeture en perspective.

T Crochet pour arrêter le petit poinçon quarré V, lequel sert à retenir la piece de fermeture en sa place.

X X C'est un prisme dans une coulisse contre lequel s'apuye la pointe de l'arbre. Ce prisme est percé en long par diverses écrouës de differens pas de vis conformes aux vis de la queuë de l'arbre.

H Stylus quadrangularis fulcimento L inserviens. Cujus fulcimenti cauda in hujus styli caput immittitur cochleolâ c cohibenda.

I Lunulæ ad puppam R adponendæ chelonia duo.

K Torni axis succulâ suâ instructus.

L Ferreum fulcimentum.

M Ejusdem fulcimenti diagraphia.

NN Duo rostra ferrea, in quorum fissuris regula etiam ferrea ipsius torni fulcimentum dum inter cnodaces tornatur, admittitur.

O Puppæ unius lunulam deferentis facies.

P Ejusdem puppæ lunulam deferentis prospectus.

Q Ejusdem lunulæ absque fibulâ prospectus.

R Eadem puppa lunulâ & fibulâ instructa.

S Fibulæ prospectus.

T Uncinulus stylum quadrangularem V detinens. Qui stylus ipsam fibulam ne à loco suo dimoveatur, prohibet.

X X Prisma est intra canaliculum immissum ad quod apex axis innititur. Illud verò prisma variis in longum perforatur cochlidiis juxta varias in axis cauda incisas strias.

Détail des pieces de la seconde planche 54.

On voit dans cette planche toutes les pieces de la planche precédente assemblées & montées en état de travailler. La premiére figure A fait voir ce tour garni de sa poupée à lunette, de son arbre & du suport propre à tourner en l'air. La troisiéme figure montre ce méme tour garni de ses poupées propres à tourner entre ces deux pointes, avec les suports requis à ce sujet. Enfin les 2 & 4 figures représentent deux autres petits tours d'horloger, l'un pour tourner entre deux pointes, & l'autre pour la lunette.

La bonté d'une horloge dependant bien souvent de la justesse de ses roües, il faut necessairement les arrondir & les redresser sur un tour conjointement avec leurs axes. Pour ce sujet

Singularum partium in secunda tabula 54 contentarum enumeratio, & explanatio.

Hac in tabula 54 singulæ partes præcedentis tabulæ 53 conjunctæ, & ad opus accinctæ exhibentur. Prima figura A tornum ostendit puppâ lunulam deferente, axe, & fulcimento pro liberè tornando instructum; Tertia verò figura eumdem tornum puppis pro strictè tornando, & fulcimento ad tale opus accommodo, concinnatum. Figuræ tandē 2 & 4 duos alios minutiores demonstrant tornos translatitios seu horologiarios, quorum unus cnodacibus pro strictè tornando, alter verò lunulâ pro liberè tornando, instruitur.

Ibi tandem notatu non incongruum, præstantiam scilicet horologiorum rotatilium potissimùm è rotarum & axium accuratâ rotunditate plurimùm dependere. Ideo necessariò torni alicujus adminiculo ad debitam

& æqua




A

1 figure

2 figure

3 figure

4 figure


fol. 149
pl. 55.
1 figure
2 figure

& æquabilem orbiculationem deducendæ. Undè fulcimenta adhibentur taliter circa medium distracta & diffissa, ne à rotarum amplitudine impediantur quin ad cnodaces quantùm libuerit admoveantur. Quantò etenim fulcimentum cnodacibus vicinius adstruitur, tantò firmiùs instrumenta stabiliuntur. Sicque tum faciliùs tum accuratiùs & politiùs metalla tornantur. Ideòque in hac tabula 54 tornulos duos horologiarios exhibus præcedentibus paulò dissimiliores, & fulcimētis suis distractis & diffisis instructos.

on se sert de suports brisez & fendus ; afin que la largeur des roues n'empêche de les approcher des pointes du tour. Car plus le support est proche de ces pointes ; plus le burin ou l'outil en est ferme, & par consequent il coupe mieux les metaux, & les rend plus nets & plus justes. J'ay donc representé dans cette planche deux autres tours d'horloger d'une differente construction que ceux des deux precedentes, avec deux de ces suports brisés ou fendus pour le libre jeu d'une roüe.



HUITIEME



HUITIE'ME PARTIE.

DES OUVRAGES FAITS EN POUSSANT.

PARS OCTAVA.

DE OPERIBUS PROPELLENDO FIGURANDIS.

CHAPITRE PREMIER.

La machine à manche à couteaux d'Angleterre, ou propre à tailler des pointes de diamant sur des manches à couteaux.

Planche 43 *&* 44.


CEtte machine est une des plus ingenieuses de toutes celles qu'on a encore inventées dans les arts. On l'appelle ordinairement ***La machine aux manches à couteaux d'Angleterre***, ou parce qu'on nous aporte de ce païs des couteaux garnis de manches insculpés en pointes de diamant par le moyen de cette machine ; ou parce, à ce que je pense, qu'elle a été inventée par quelque Anglois industrieux, dont je voudrois bien sçavoir le nom, pour en publier le merite. Elle m'a été communiquée à Paris par Monsieur l'Abé Forcet, que je ne sçaurois trop loüer pour sa grande industrie & delicatesse en toutes sortes d'ouvrages, soit en fer soit en léton ou

CAPUT PRIMUM.

Machina pro cultellorum capulis reticulandis, seu in multa prostypa insculpendis.

Tabula 43 & 44.

INter cæteras artificiales machinas, præstantissima, industriosissimáque hæc equidem habenda. Hæc vulgò Capulorum Angliæ machinam *vocant. Vel quia indè cultelli talis machinæ adminiculo reticulatis capulis instructi, adsportantur. Vel quia à solertissimo quodam Anglo fortè adinventa. Quem sanè Anglum si ignotus non urgeretur, chartis meis non inornatum silerem, nec lividam carpere paterer oblivionem. Hanc Parisiis nusquam satis laudandus, omniúmque delicatiorum operum elegantissimus concinnator, Dominus Abbas Forcet, primus mihi demonstravit. Ipsámque ad modulos illius quam ipsemet dictus Abbas suis manibus elimavit, ac elaboravit, proportionalem in totum & in partes duabus in tabulis* 43. 44 *delineavi melius*



fol. 151
pl. 43.
1. figure
2. figu
3. figure
4 fig.
5 fig.
6. fig.
Echelle des pied

meliùs sic ejus constructionem intelligendam ratus, quàm cunctis verborum descriptionibus.

en yvoire. Je l'ay dessinée sur le même pied, c'est à dire sur les mêmes dimensions de celle que lui même a fabriquée, en la reduisant au petit pied qu'on verra au bas de la planche. Et afin de la mieux faire entendre, je l'ay dessinée en deux planches 43 & 44, tant en détail de toutes les piéces, qu'en les composant toutes ensemble par divers plans, & par de diverses vües. Je crois que de cette façon on en comprendra mieux la structure que par tous les discours & descriptions que j'en sçaurois faire.

Quatuor principalioribus membris tota hæc construitur machina. Quorum primum, quatuor scilicet insunt regulæ binæ & binæ transversalibus ligaculis conjugatæ. Secundum axis est exiguus opus sculpendũ detinẽs, modiolóque radiato instructus. Tertium runcinula est intra canaliculum longissimâ cochleâ deducenda. Quartum tandem ipsamet est longissima cochlea runcinulam intra canaliculum deductura. Quæ quidem insimul compacta membra basi cuidam ligneæ ad forcipem ferrariam imponendæ adstruuntur.

Les principales piéces qui composent cette machine, sont premierement quatre regles iointes de deux à deux par des traversiers. La seconde est un petit arbre à moulinet pour y attacher la piéce à ouvrer. La troisiéme est un petit rabot coulant dans une rénure par le moyen d'une longue vis ; & la quatriéme est cette vis même. Le tout doit être monté sur une platteforme de bois taillée en maniere qu'on puisse l'attacher à un étau quand on voudra se servir de la machine.

Singularum partium in tabula 43 delineatarum explanatio.

Détail des pieces representées dans la premiere planche 43.

Prima hujus tabulæ figura totius machinæ integram diagraphiam ostendit.

La premiere figure de la premiere planche represente le profil de toute la machine entiere, c'est à dire de toutes les piéces qui la composent, assemblées.

Secunda figura totam ejusdem machinæ basi suæ adstructæ faciem commonstrat.

La seconde figure represente la face totale de la même machine assemblée, & montée sur sa platteforme.

Tertia exhibet basis icnographiam, super quam etiam delineantur icnographiæ binarum regularum inferiorum tribus transversalibus ligaculis conjugatarũ; Axis modiolo radiato instructi, & cochleæ opus insculpendum ad axis pixidem adigentis.

La troisiéme figure represente le plan de la platteforme, sur laquelle on voit aussi le plan des deux regles inferieures iointes par trois traversiers ; & encore le plan de l'arbre à moulinet, & d'une vis qui sert à serrer la piece à ouvrer contre le goulet du méme arbre.

Quarta tandem figura icnographiam exhibet duarum regularum superiorum duobus transversariis ligaculis conjugatarum. Ligacula quæ extremitatem regularum connectit cochlidio cochleam longam recipiente perforatur. Ipsa etiam quarta figura runcinulæ M icnographiam demonstrat cochleolâ longâ intra canaliculum binarum regularum superiorum deductæ. Quod meliùs in scenographia 5 figuræ monstratur.

La quatriéme figure represente le plan des deux regles superieures jointes par deux traversiers ; l'un au milieu, & l'autre vers une extremité, dans lequel l'écrouë *d* de la longue vis est taillé. On voit encore dans cette méme figure le plan du petit rabot M, que la longue vis doit faire couler dans les renures des deux regles superieures, qu'on voit en perspective

perspective dans la figure 5

Ces deux regles superieures *a a* ont chacune une extremité fendue en charniere, pour y recevoir une teste ronde & platte en façon d'une petite palette à longue queuë 4. 2. *figure* 1. & *a* 3 *figure* 3, *planche* 1. L'autre extremité de ces deux regles doit estre un peu plus épaisse que tout le corps, pour y percer une mortaise pour une regle de direction moitié, droite moitié courbée 1 *dans la seconde planche.* La partie courbée de cette regle de direction est un arc de cercle décrit du point 4 *figure* 1 comme centre pris sur le bord de la régle même directement sous le centre de la charniere.

